

de præscriptione seruitutis, vt not. per glos. & doctor. in l. liciti. §. si queratur. ff. si. fer. uindicetur, & tradit ad vngem Alex. in dicto conf. 107. colum. 2. volum. 2.

33 † Secundò fundata dicitur intentio istorum hominum ex statuto, quod nulla persona audeat edificare &c. prout in casu suo similiter aliud statutum considerat Alex. in d. conf. 107. pro agentibus, de quibus ibi per eum. Secundò adueri debent testes examinati pro Paganono; quoniam duò primi ex eis dicunt, quod isti trabes fuerunt infixi semper ab annis triginta, & quadraginta, prout sunt in presentiarum. Tertius verò dicit de vna seculata bassa, quæ postea fuit eleuata per quedam Gulielmum Paganonum post annum. 1528. ex quo patet, quod non semper eo modo res ista fuit, vt primi dicunt. † Vnde stant hac veritate, & contrarietate inter eos non est eis credendum, nec probant l. eos in prin. ff. de fals. l. qui falsa. ff. de testi. Rui. conf. 149. nu. 23. vol. quinto.

Tertiò considerandum est circa testes examinatos pro parte istorum hominum sancti Iob; quia ultra Martinum, qui deponit de annis viginti quinque, quod dicta segiunta non erat affixa dicto muro adest Chechus Spinellus deponens idem de tempore annorum triginta quinque, si rectè consideretur. Item Petrus Albertus deponens etiam de annis quadraginta quinque, & quod dicta segiunta erat super columnis adherentibus dicto muro, ergo non infixi ei. Rursus adsunt alii duo forte non visi ex aduerso, aliàs non dixissent tres tantum esse, videlicet Petrus della Nina deponens de annis quadraginta octo, quod dicti trabes non erant infixi dicto muro, sed erant super columnis ligneis, secus dictum murum. Item & ser. Baptista Riginus deponens de tempore, quo erat annorum quatuordecim, quod tunc dicta segiunta, vel eius trabes non erant infixi dicto parieti, sed erant super dictis columnis ligneis; quibus probationibus stantibus apparet, quod ista vniuersitas sancti Iob vltique tunc temporis erat in possessione libertatis dicti muri. † Vnde licet ex aduerso probetur, quod imò illi antecessores sui erant in possessione seruitutis; dicendo, quod trabes erant infixi muro; quia tamen ius cõe fauet, & administratur vniuersitati disponendo, quod qualibet res libera præsumitur esse d. l. alius, meritò potior esse dicit in his probationibus hæc societas, quam Paganonus, ita propriè in remedio retinendæ, & sic quado uterq; allegat se esse in possessione, tradit Bal. in c. si diligenti, nu. 21. de præscript. uerf. quæro duo probant, quem refert, & sequitur Curt. conf. 24. col. quarta, † & hoc est communiter verum; quod magis credatur testibus deponentibus secundum ius commune, quam deponentibus cõtra, vt tradunt Innoc. & Abb. in c. auditis. col. 3. de præscript. & ibi Fely. col. 12. Aret. conf. 44. in fi. Ioan. de Amic. conf. 25. conf. 50. & conf. 52. Calcan. consilio 64. col. 1.

Go. ad. confil. 79. col. 3. Ruin. conf. 192. col. 5. uol. secundum, conf. 35. col. fi. uol. 4. & confil. 12. col. 1. uolum. quinto, Boer. decif. 23. nu. 95. cum similibus, quos cumulat Anto. Gabriel. libro 1.

37 de testi. conclus. 4. num. 23. † & inquit Curt. loco citato, magis credendum fore testibus deponentibus negatiuam, quam affirmatiuam, ex quo pro negatiuis concurrunt præsumptio iuris in seruitutibus, videlicet, quod res sit libera, non autem seruituti subiecta, citando Bal. in l. si quis diuturno ff. si seruit. uindic. quod est ad scopum in casu nostro: quia testes nostri stant pro libertate dicti muri, aduersè autem partis pro eius seruitute. Vnde nostris licet negatiuis magis quam illis licet affirmatiuis est stādū.

38 † Quartò accedit; quia ad probandum seruitutem non sufficit probatio solius usus, vt hic factum est, sed etiam debet probari aliquid, propter quod ille motus fuerit ad credendum sibi deberi seruitutem. l. 1. §. hoc iure ff. de aq. quot. & æstiu. quo probato alteri parti incumbit onus probandi; quod ille sit vsus ui, clam, vel præcario. † Et ratio est ex parte allegantis seruitutem; quia cum de iure naturali, & gentium qualibet res sit libera d. l. alius, mala fides eius est ipso iure probata, nisi probetur aliquid, ex quo præsumatur bona fides, meritò sibi non prodest, ita pulcrè declarat Bar. in l. 1. §. primo, col. fi. ff. de itin. actuque priuat. quem sequitur Bal. in quæstione incip. acufatus de uirtuatiua, col. antepen. Butr. in d. c. si diligenti, & Alexander in addit. Bar. in d. §. 1.

40 † Quintò non omitto, quod iste Paganonus non potuit acquirere seruitutem in dicto muro sancti Iob, nisi fuerit vsus eo, tenendo trabes in eo scientibus, & patientibus hominibus sancti Iob; quia nihil aliud est quasi possessio seruitutis, nisi patientia domini. l. penul. ff. de seruituti. ita Bar. in l. 1. §. denique ff. de aq. plu. arcend. Vnde Bart. in l. 2. C. de seruit. & aqua

41 † dicit, quod in istis iuribus incorporalibus, qui præcedunt acquisitionem eorum mediante præscriptione, cautus esse debet, vt faciat articulum, de scientia, & patientia eius, contra quæ præscribitur, aliàs succumberet, ideo cum minimè hoc fecerit Paganonus, in hac causa succumbere debet, & ita signanter arguit Crot. conf. 54. num. 7.

Et tenendo istam partem non obstant contraria. Ad primum nanque de præscripta seruitute, quæ hic supponitur, respondetur, illud esse falsum, vt patet ex dictis in primo & ultimo fundamento, item duo tantum ex illis testibus deponunt de annis quadraginta, pro parte verò nostra pariter adsunt saltem duo, qui etiam de annis quadraginta quinque, & quadraginta octo deponunt, & de totidem deponit ille Riginus, qui est sexagenarius, cum deponat ab anno quatuordecimo ætatis sue citra. Vnde argumentum ibi factum reflectitur, sicut & illud de affirmatiua & negatiua per ea, quæ dicta

dicta sunt in tertio fundamento, † & quod dicitur de uno teste, qui est de his hominibus vniuersitatis, modicum facit, cum ultra eum adsint alii quatuor, & numerus supplet defectu, vt per glo. in l. 3. §. primo, in uerf. numerus. ff. de testi. per Alex. conf. 15. num. 15. uolum. 1.

43 † Nec verum est in subsidium tantum testes de vniuersitate recipi, imò absolute, prout communem testatur Dec. in c. tertio loco de probatio. num. decimo, & in d. c. in super. num. 8.

44 † Quò verò ad secundum respondetur, illud procedere quando probatur, quod quis vsus fuerit seruitute longo tempore sciente, & patiente domino, & non contradicente, sic gl. & doctor. loquuntur, maximè in d. l. seruitutes, vt per Castr. ibi, & Cep. in d. c. 19. numero 6. & latius in vltimo fundamento deduxi.

45 † Quinimò non sufficit simpliciter probare de vsu, sed oportet apparere, quod ille fuerit vsus tanquam ex causa seruitutis sibi debita aduersario hoc sciente, & patiente, ita concordando opiniones tenet Raphael Cuman. & Roma. in l. qui in aliena. ff. de acquir. hæredit. Saly. Anto. de Alex. & Alex. in d. l. si certis annis. in fi. Fely. in c. de quarta, col. pen. de præscriptio. hæc autem scientia, & patientia huius vniuersitatis non probatur hic; duo enim testes tantum

46 de hoc dicunt, † vnus, quod ita credit, nec rationem adducit, quo casu non probat, vt ponunt glo. Cyn. & omnes in l. tertio. C. de testi. gl. in l. secunda, §. pen. & ibi Bar. & alii ff. de aq. plu. arcend. glo. in §. si uerò absunt. in uerf. uiddisse, in authentico de hered. & Falcid. glo. in l. diem proferri §. si plures. uerf. consenserunt. circa fin. ff. de recep. arbit. & alii plures cumulari late per Iaf. in rubrica ff. de iureiuran.

47 † alter verò licet rationem adducat, solus est, vnde nec etiam probat l. vbi numerus. ff. de testibus, sed nec probatur per istos testes, quod isti præcessores Paganoni fuerint vsi tanquam iure seruitutis hac seculata, & trabibus immisissis in dicto muro; † quia ad probandum hoc necesse erat, vt tradit Bart. in d. §. primo, col. 2. probare aliquid, propter quod moti fuerint ad credendum sibi seruitutem competere, puta, quod hoc audiuisset dici a fide dignis, videlicet, quod sibi ius competeret immittendi trabes, vel quod de hoc erat fama in contracta, vel quod fecerint aliquos actus, quos non fecissent, nisi seruitus sibi competeret, quæ quidem per istos testes non probatur, sed tantum, quod dicti trabes erant immisssi in dicto muro, quis autem miserit, non dicunt excepto tertio, qui dicit de illo Gulielmo Paganono, qui eleuari fecit dictam segiuntam, sed est solus. Vnde ei non est credendum.

49 † Corroboratur ista solutio; quia ad hoc, vt ex diutino actu præsumatur titulus allegatus, iuxta d. l. cum de in rem uerf. necesse est capitulare, & probare, quod illi actus diutini fuerint facti ex causa allegata in libello. Vnde fun-

dans se in præstatione decennali ad probationem præsumptiuam tituli allegati non obtinebit, nisi probet præstationem quamlibet ex causa allegata fuisse factam; quia probando simpliciter præstationes non inferuntur necessario, quod ex causa allegata fuerint factæ, & probatio erat dubia, quæ non releuat. l. neque natales C. de probatio. † Item fictio fictionis, & improprietas improprietas debet cuitari, nec earum pluralitas admitti. l. 1. C. de dot. promissio. sed utique tale absurdum sequeretur admissa probatione ita simpliciter; quia vna esset præsumptio, quæ ex simplici præstatione præsumerentur causæ allegatæ, alia, quod ex præstatione decennali causa allegata probetur esse vera, ita tradit Saly. in d. l. cum de in rem uerf. in prima quæstione, & in d. l. si certis annis. prima quæstione, & sequitur ibi Iaf. colum. pen. & pulcrè confirmat do. meus Riminal. col. pen. idemque tradit Alex. conf. 113. vol. primo, secunda col. quod bene casui nostro conuenit, vbi Paganonus capitulauit, antecessores suos habuisse licentiam ædificandi in dicto muro ob plures consensus saltem tacitos istius societatis, & publicam vocem, & famam de his, sed tamen hos tacitos consensus, aut famam non probauit, hæc ergo informis, & simplex probatio immisssionis dictorum trabium non prodest huic aduersario, † & tantò minus aduersus hanc vniuersitatem, cuius consensus, & licentia deberet esse solemniter, & non ruditer factus, puta præcedentibus tractatibus, & aliis requisitis in diminutione iurium Ecclesiarum, vt esset hic, si seruitus deberetur, iuxta not. in c. nulli. de rebus eccles. non alien. Vnde si vellemus ex ista diuturnitate temporis arguere in hac licentia præsumpta interuenisse etiam debitas solemnitates, concurrerent duæ præsumptiones, altera, quod præsumeretur interuenisse dicta licentia ex dicto diuturno vsu, & possessione trabium immisssorum, altera, quod dicta licentia præsumeretur solemniter interuenisse, quod esset maximum absurdum, iuxta decisionem Salyceti & sequacium, quos proximè citauimus. Vnde contra priuatum fortè obiectum supra factum pro Paganono, procedere posset; sed contra Ecclesiam non (meo iudicio) ob dictum absurdum, & inconueniens. Et ex his puto ipsum esse condemnandum ad demolitionem dictæ seculatæ, separando eam a dicto muro Ecclesiæ.

Hippoly. Riminal. Ferrar.

Pro Persona incerta.

ARGUMENTVM.

Quæ sententia dicatur mera interlocutoria, quæ verò vim diffinitiuæ habere. Et quis inde sequatur effectus, vel differentia, notabiliter & pulcrè declaratur.

SVM-

- 1 *Sententia interlocutoria necessario non est in scriptis ferenda.*
Quae sententia communis est. 2.
Habens vero vim diffinitivam in scriptis est ferenda. 3.
Nec prius verbo postea scriptis ferri debet. 4.
Oculisq. legi debet, nec mente sufficit licet scripta sit, alias est nulla. 5.
- 6 *Salarium taxatur in sententia habente vim diffinitivam sicut in diffinitiva.*
- 7 *Appellatio à sententia habente vim diffinitivam non requirit expressionem causae.*
- 8 *Sententia habens vim diffinitivam equiparatur diffinitivae quod ad omnia.*
- 9 *Statutum loquens de diffinitiva locum habet in interlocutoria habente vim diffinitivam.*
- 10 *Sententia interlocutoria dicitur executio instrumenti confessionarij secundum Angelum.*
Quia nihil inducit de novo secundum Aretinum. 13.
Et debet exprimere causas, ut per eundem. 14.
Nec inde nascitur actio in factum, ut per Baldum. 15.
Sed contra tenet auctor. 16. cum sequentibus. 20.
Angelus & sequaces. 22. 31.
Et alij qui tenent, quod sit simpliciter diffinitiva. 25.
Maximè si lata fuerit cum causae cognitione. 26. 29.
- 11 *Sententia diffinitiva dicitur, quae diffinit negotium principaliter deductum coram Iudice, licet feratur omnia solennitate Iudiciorum.*
Nisi tamen illud negotium venisset accessorie ad aliud negotium principale. 12.
- 16 *Sententia interlocutoria, quae totum negotium determinat, vel eius partem substantialem redigitur ad instar diffinitivae.*
Exemplum si petita restitutione in integrum pronunciat, quem minorem esse.
Vel exceptionem peremptoriam obviare. 17.
Vel instat in causa appellationis esse peremptoriam. 18.
Quia perimit omne ius illius contra quae fertur. 19.
Et Corn. Et Ripa. taxantur qui simpliciter appellant interlocutoriam in dictis casibus. 21.
Sicut & Angelus, dicens eam posse revocari. 23.
- 23 *Sententia habens vim diffinitivam revocari non potest.*
- 24 *Romanus in l. 5. in prin. ff. de verb. oblig. transcribit consilium Angeli.*
- 25 *Sententia diffinitiva dicitur, quae diffinit negotium principale, licet non servetur ordo iuris.*
- 27 *Præceptum Iudicis factum cum causae cognitione revocari non potest velut habens vim diffinitivam.*
Secus si causa non cognita. 28.
- 29 *Executio instrumenti cum causae cognitione dicitur habere vim diffinitivam.*
- 30 *Sententia dicitur habere vim diffinitivam, quae non expectat aliam post se.*
- 32 *Sententia dicitur habere vim diffinitivam, quae negotium principale determinat directo, sive per quandam consequentiam.*
- 33 *Appellatio ab executione prohibetur.*
Nisi modus excedatur.
Vnde requirit expressionem causae. 34.

Auxilium meum à Domino.



- I** VDEX producto scripto priuato coram eo, & citato debitore, factaque responsione per eum esse subscriptum manu sua, sed non continere veritatem, assignatoque sibi termino statuti de priua. script. eoque lapsa, & citato ad contradicendum, ne executio dicti scripti committatur, eius executionem committit, pro sorte & expensis, oretenus tamē, & sine scriptis. Vnde exortum est dubium.
- 1 **†** An talis sententia simplex interlocutoria sit iudicanda; tunc enim non esset ferenda in scriptis necessario; vt per gloss. in c. quoniam contra, in uers. interlocutiones, & ibi Cano. de probat. maximè verò Lanfran. ibi num. 14. post Bal. in l. fin. C. de sentent. ex breui. reci. Vant. in tract. de nullit. sentent. ex fec. proces. nu. 74. qui citat Spec. in tit. de sentent. §. iuxta, col. 6.
 - 2 **†** & Iaf. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 10. ff. de offic. proconf. qui communè testatur; satis est enim (vt illi dicunt) quòd oretenus prolata per Iudicem redigatur in actis postea per notarium **†** An verò, vt diffinitiva, vel habens vim diffinitivam sit reputanda, quibus casibus requireretur scriptura in proferendo, vt de diffinitiva probatur in l. 2. & tertia C. de sent. ex breui. reci. **†** quod adeo verum est, vt si iudex primò verbotenus pronunciaret; & postea scriberet, talis præposteratio vicieret, vt declarat Bar. in l. fi. C. de sent. ex breui. reci. Vanti. plenè loco citato numero 70. **†** & plus addo, quòd nedum scribi debet, sed oculis cor poris legi, nec sufficit legi mente, licet scripta sit; alias esset nulla ipso iure; vt tradit Bart. & Angel. in l. r. ff. de his; quae in test. del. Angel. Aret. in §. curare. in ff. de act. col. pen. Roland. à Valle in conf. 41. nume. 10. vol. 1. **†** Et ultra probari potest ex eo; quia in habente vim diffinitivam taxatur salariū, vt in diffinitiva. Egidi. Bella. decis. 603. de sententia. Fely. in rubrica de re iudic. num. 21. **†** & quia in appellatione ab ea non requiritur expressio causae, sicut nec in appellatione à diffinitiva, vt per glo. in cap. causam. in uers. statuit. de appel. **†** immo æquiparatur ipsi diffinitivae quòd ad formam solennem, & omnia, vt per Perus. latè in c. vt debitus. 14. q. de appel. **†** Vnde videmus; quòd statutum loquens de diffinitiva locum habet in interlocutoria habente vim diffinitivam, vt est glo. in c. si uers. inanes, de elect. in 6. Ioannes And. in c. peruenit. secundo, de elec. Mod. in c. cum cessante. eod. tit. Bald. in l. consentaneum. C. quo modo & quand. Iud. Alexan. in l. 5. ff. de verb. oblig. & Bero. consi. 153. nu. 9. vol. primo. Vnde cum vt diffinitiva reguletur, debet in scriptis sicut & illa proferri.
 - 10 **†** Quòd autem simplex interlocutoria sit reputanda

- reputanda primò deducebatur Ang. in §. si verò non implens. col. prima in authenticum de hered. & Faldi. dicens, quòd Iudex mandado executioni instrumentum confessionatum secundum formam statutorum Italiae præcipiendo, dicitur ferre interlocutoriam, non autem diffinitivam. **†** Secundò adducebatur Aret. in l. 5. in princ. col. 2. & 3. ff. de verb. oblig. dicens, quòd licet illa dicatur sententia diffinitiva; quae diffinit negotium principaliter deductum coram Iudice, licet feratur omnia solennitate Iudiciorum; vt voluit Imol. in l. si finita. §. non autem ff. de damn. infect. **†** tamen hoc est intelligendum, quòd illud negotium non venit accessorie ad aliud negotium principale; tunc enim sententia super illo non dicitur diffinitiva, sed interlocutoria mera, quae potest reuocari, **†** vnde infert; quòd pronuntiatio de exequendo licet determinet negotium; & articulum principaliter deductum in Iudicio executiuo, non dicitur diffinitiva, nec habens vim diffinitivam; quia nihil inducit de nouo, sed est mera executio veniens accessorie ad promissionem, de qua in instrumentis; vt ibi latius per eum; quem Fely. videtur simpliciter sequi in dicta rubr. de re iudic. num. 16. circa si. colum. 14. **†** eandemque opi. tenet idem Aret. consi. 75. diligenter, col. 5. motus alia ratione, quia appellans ab executione, seu pronuntia de exequendo debet exprimere causas; vt not. Bart. in l. ab executore, in prin. de appel. Bal. in l. ab executore C. quor. appel. sed si non esset mera interlocutoria sed haberet vim diffinitivam, non esset necesse in ea causam exprimere, vt not. Ioan. Andr. in c. peruenit. secundo, de appel. & Bald. in l. minoribus. C. de his, quibus vt in d. ergo apparet secundum eum; quòd est mera interlocutoria, **†** prædictis etiam Bal. accedit in l. ab executione, post prin. C. quor. appel. vbi tenet, pronuntiam de exequendo instrumentum, vel non, esse interlocutoriam; quia ex ea non nascitur actio in factum, sed est mera executio, & sic videtur Bal. vti eadem ratione, quae Aret. in d. l. 5. & cum Bald. transit simpliciter Perus. in c. cum cessante. numero 49. ver. 11. quando de appel.
- 17 **†** Istit tamen non obstantibus arbitror talem sententiam appellandam esse interlocutoriam habentem vim diffinitivam, moueor imprimis auctoritate Bald. in l. prima, colum. 5. ver. denuo quarto. C. quan. prou. vbi dicit; & tenet, quòd quando interlocutoria est talis, quae totum negotium determinat, vel eius partem substantialem, redigitur ad instar diffinitivae, allegat tex. iuncta glo. in l. intra vtile ff. de minor. vbi videmus, quòd quando petitur restitutio in integrum ab aliquo tanquam minore, & pronuntia tunc super ætate, videlicet esse minorē, talis interlocutoria dicitur habere vim diffinitivam; quia per quandam consequentiam diffinit negotium principale restitutionis; quia si est minor, potest
 - 17 petere restitutionem in integrum; **†** sequitur Alex. in rub. ff. de re iud. in fi. & ibi tradit aliud exemplum post glo. in clem. fi. in glo. 2. de appel. quae voluit sententiam, qua pronuntiat, exceptionem peremptoriam obviare, habere vim diffinitivam; quia secundum Alex. per quandam consequentiam diffinit negotium principale; si enim agenti obstat exceptio peremptoria, ergo agere non potest, & sic intentio sua principalis corrumpitur.
 - 18 **†** idem quoque determinat ante Alex. Imolam in l. si finita. §. non autem, col. 2. ff. de damn. infect. vbi adfert aliud exemplum in sententia, quae fertur super peremptione instantiae in causa appellationis; quia venit per quandam consequentiam ad diffiniendum negotium principale: si enim perempta est instantia in causa appellationis, prima sententia firma remanet, in qua appellans succubuit super negotio principali, merito dicitur interlocutoria habens vim diffinitivam; **†** quòd vltimum exemplum quoque ponit Bero. consi. 101. nu. 13. vol. 3. ubi reddit rationem; quia perimit omne ius illius contra quem fertur. Ex his enim inferendo ad casum nostrum dico, quòd iudex committendo executionem scripti priuati, quòd habet executionem à statuto, de priua. scrip. dicitur per quandam consequentiam diffinire negotium principale; videlicet nominatum in scripto esse debitorem, & teneri ad contentam in eo, eorumque obseruationem, de quibus in dicto scripto, merito sequitur, talem sententiam habere vim diffinitivam secundum Bald. Alexand. & Imolam in locis citatis; à quibus non dissentit Aret. consilio 20. colum. prima in fin. quatenus sequitur Baldum in dicta l. prima, **†** idemque tenet Iaf. in dicta rubrica post prin. secutus Bald. in dicta l. prima, glof. in dicta l. intra vtile, & in dicta clem. fi. quam etiam sequitur Ant. de Butr. consilio sexto numero 4. & Spec. aurea in tertia par. 6. partis prin. prima quaest. prin. in fin. numero 44. Rip. in l. quod iusit. nume. 27. in ff. de re iudic. **†** Ex quibus patet, Cornicum consilio 262. col. 3. & 4. volum. 4. & Ripam in d. rubrica de re iudic. numero 15. malè loquendum simpliciter in prædictis casibus appellantes sententiam interlocutoriam; quia immò habet vim diffinitivam.
 - 22 **†** Secundò moueor; quia hoc in terminis voluerunt Angel. Cuma. Castr. Alexand. & Iaf. in dicta l. 5. in princ. volentes, quòd talis sententia super executione instrumenti quarentigiae non sit mera interlocutoria sed habeat vim diffinitivam, idemque voluit Angel. in consilio 114. & 115. **†** licet etiam malè ibi putauerit, eam reuocari posse; quia si habet vim diffinitivam non potest reuocari secundum Butr. Abbam. Imolam. & Perusin. in cap. cum cessante. colum. quarta, circa medium de appel. Imol. Romam. Alex. Iaf. & Ripa numero 27. in dicta l. quod iusit, eandemque opinionem Ange. in d. l. 5. securus est Aret. consilio 20. in Hippol. Rim. Tom. 2. LI quaestio-

24 questione col. 1. † idēque tenuit Roma. in d. l. 5. ubi transcribit dictum cōsiliū Angeli. 115. tacito autore, & concludit, talem sententiā esse interlocutoriam habentem vim diffinitivē, idēque firmat ipse Roma. cōf. 41. in presenti consultatione, in princ. & post eum Mandos. in additionibus. quiniō plus voluit Roma. cōf. 174. amplissime Doctor, in princ. Alex. cōf. 49. visis actis, col. pen. vol. 2. Spec. aureum

25 in tertia par. 6. partis Iudicii. nu. 24. † q̄ talis sententia de exequendo instrumentum sit simpliciter diffinitiva; quia diffinit negotium principale, etiam, q̄ non ferretur ordo iuris, moti per gl. in l. qui restituere ff. de rei vind. volentem omnino sententiam diffinitivam negotiū principale, diffinitivam esse, etiam quod in ea non ferretur ordo iuris; & idem tenuit Angel. ibi sibi contrarius in sententia de exequendo instrumentū, quod sit diffinitiva, de quo remissuē videndus est Orati. Mandos. in additi. ad Roman. in allegato cōf. 174. quo fit, ut tanto magis saltem, ut habens vim diffinitivē censeretur debeat, † idēque tanto magis procedere debet in casu nostro, in quo cum causā cognitione emanavit post assignationem termini ad solvendum, & interim ad probandum, quare dictū scriptum non esset exequendum; qui terminus etiam fuit prorogatus; ut in actis patet. Vnde tantō magis debet reputari habere vim diffinitivā, † probatur hoc in simili ex eo, quod dicitur Doctores de p̄cepto Iudicis, quod si factum fuerit cū causā cognitione nō potest reuocari tanquam habens vim diffinitivā, secus si causa non cognita, ut per Innoc. & alios in c. 2. de re sit. in integ. per But. Imol. & Perus. in d. c. cum cessante. col. 4. † p̄dictis que accedit, quod dicit Bar. in l. non fatetur, col. 2. ver. sed an isto casu ff. de confel. dicens; quod p̄ceptum factū in confessum de solvendo non est sententia diffinitiva; & potest cōtrario imperio reuocari, nisi antequam esset factum datus esset terminus ad respondendum; quare nō deberet fieri dictum p̄ceptum; & cōfessio illa executioni mandari; tunc enim de tali p̄cepto esset idē quod de sententia secundum Bart. ibi, sequitur Perus. in dicto c. cum cessante. col. 4. in fi. & cū p̄dictis etiam concordat Alex. in dicto cōf. 49. col. pen. Fely. latē in dicta rubrica col. 4. de re iudi. & latē Spec. aureum loco citato. nu. 28. col. 8. Vnde & in proposito nostro idem dicendum est, quod cum hac executio scripti commissā sit cum causā cognitione, talis sententia vim diffinitivā habere debeat. † Et in terminis scripti, vel instrumenti per p̄dicta determinat Ant. de Cana. in tracta. de execu. instru. q. 48. in fi. ubi vult, q̄ si post terminū ad opponendū, & dicendū, quare instrumentū non debeat executi, pronūtiatur illud exequendū esse, & sic fiat cū causā cognitione, tunc talis pronūtiatio habet vim diffinitivā, & de ea, ut diffinitiva est cōfensum, secundum doctri. Bar. in d. l. non fatetur.

30 Postremō † confirmatur ista cōclusio; quoniam illa dicitur sententia interlocutoria habēs vim diffinitivā, quā quāvis id non diffiniat, ad quod principaliter est actum, tamen post se nō expectat aliam sententiā proferendam à iudice illam proferente, hęc est doctrina Antonii de Butr. in rub. de re iud. per tex. in c. significantibus, de offic. deleg. nōtat Ioan. Andr. in d. c. peruenit, & sequitur Rom. cōf. 358. in presenti dubitatione, post princ. posito ergo, q̄ hęc sententia non diffiniat negotium ad quod principaliter fuit actum: quia tamen aliam sententiā Iudicis, qui eam tulit, non expectat, debet iudicari habere vim diffinitivā.

31 † Et tenendo hęc partem, nō obstant contraria, & primō decisio Angeli in d. s. si verō non implens, quia idem Angel. eod. titulo in §. illud quoque, propter gl. ibi addidit habere vim diffinitivā; & ob id non reuocari, & sic secundo loco melius est locutus quā primo fecerit, & in dicto cōf. 114. & sequent. & cum eo in d. s. illud, transit Fely. in d. rub. col. 4.

32 † Non obstat decisio Aretini in d. l. 5. tollitur enim ex notatis per Alex. i. dicta rub. de re iud. in fi. & per Imol. in d. s. non autem, & sequaces, de quibus supra volentes; q̄ siue sententia diffiniat negotiū principale directū, siue per quamdam consequentiam, & indirectū, quod tamen dicatur habere vim diffinitivā, per exempla superius tradita; quod est in casu nostro: licet enim executio instrumenti, aut scripti veniat accessorie ad articulum principalem, de quo in scripto, qui est super debito, aut obligatione, tamen eo ipso, quod pronūtiatur scriptū exequendū esse, & ira eius executio committitur, in consequentiam pronūtiatur illū, qui promisit esse debitorem, & teneri; quod est negotium principale, merito talis sententia dicitur habere vim diffinitivā, & sic in hoc Aret. malē locutus est contra Imol. Alex. & alios.

33 † Non obstat etiam alia ratio, qua vitur Aret. in d. consilio 75. quia illud non contingit ex eo; quia dicta pronūtiatio de exequendo instrumentum sit mera interlocutoria, in mo. habet vim diffinitivā, ut supra ostendi, sed ex eo contingit: quia regulariter appellatio ab executione est prohibita, nisi in vno casu, quando modus est excessus l. ab executione ff. de appellat. † merito quando appellatur ab executione, licet sententia lata fuisset millies diffinitiva, requiritur expressio causā, ut ostendatur, appellationem interponi in casu permisso, & ideo hac ratione speciali requiritur expressio causā, ita Perus. tradit in c. tertio, de appell. & in d. c. vt debitus. nu. 23. & Fely. in dicta rub. col. 3. ubi dicit, q̄ p̄prie fallit, ubi appellat ab interlocutoria sup̄ executione, que licet habeat vim diffinitivā, tamen exigit observantiā clem. appellanti. de appell. videlicet expressio nis causari, idemq; tradit Roma. cōf. 41. Fely. in c. quod ad consultationem, nu. 18. de re iud.

Vltimō

Vltimō non obstat doctrina Baldi in d. l. ab exequutore, quia resoluitur per ea; quæ dicta sunt ad doctrinam Aretini in d. l. 5.

Et ita in hac re concludo, sicque fuit pronūciatum per magnificum Consilium Iustitiar.

Hippoly. Riminaldi Ferrar.

Pro magistro Dominico de Martinellis.

ARGUMENTVM.

Quomodo per testes probetur oblationem fuisse factam de vendendo apotecam conductori, eumque respōdisse, quod nōlebat eam emere. Et an venditio securasubstata, stante statuto, quod conductor primō debeat requiri.

S V M M A R I V M.

- 1 Conductor apotecæ requiri debet an velit emere stante statuto Ferrariensi, aliās venditio nulla est.
- 2 Statutum loquens per verba presentis temporis subiunctivi modi negatiua dicitur actui resistere. Idem si per verba presentis temporis indicatiui contra Barolum. 3. Cuius distinctionem nimis subtilem Iason appellauit. 4. Et in ea nimis ab excellentia sua recessisse. 5.
- 6 Actus factus contra prohibitionem statuti nullus est ipso iure, licet illum statutum non annullat expresse, ratioq; redditur pulchra.
- 7 Testes singulares in loco & tempore non probant. Etiam in causis ubi proceditur de iure gentium. 8. Et de bono & equo. 9. Fallit si de duabus confessionibus deponant, ex quibus quid surgat, de quo disputatur. 11. Et ubi testes conueniunt in eundem rei finem. 36. Vel ubi tractatur de probando quid in genere. 41. 42. Vt, quod quis possederit. 43. Quod in iurisdictionem exercuerit. 44. Sen quem hereticum fuisse. 45.
- 10 Certus certiorari non debet. Quod procedit quando denuntiatio requiritur ad certificandum duntaxat. 13. Secus si, ut aliquid ille faciat, & est communis opinio. 14.
- 11 Citari pars debet in omni actu p̄iudiciali. At eo presente, vel comparente citatio redditur superflua & nugatoria.
- 12 Requisitio quando est de forma non sufficit simplex scientia.
- 13 Dicitio nisi, denotat formam.
- 14 Statutum quando quid indicit de nouo cum certis modificationibus, quicquid in eo exprimitur reputatur esse de forma.
- 15 Forma statuti omnino seruanda, aliās actus est nullus. Quia precisa est taliter, ut nullitas actus inducatur ea non seruata. 19.

- Nec à partibus remitti potest. 20. Si concernit sanorem publicum. 53. Secus si priuatum, is enim cuius sanorem concernit potest ei renunciare. Quæ sententia communis est. 54.
- 22 Castrensis consilio 380. col. fi. vol. 1. Obseruatur in iudicando.
 - 23 Confessio per duos testes absente parte probat de aequitate canonica, & est communis opinio. 24. 25.
 - 26 Ius canonicum Ferrariae seruatur.
 - 27 Probationes imperfectæ licet diuersi generis modo perfectæ sint in sua specie coniunguntur ad plenam probationem. Quæ decisio communis est, & vera. 28.
 - 29 Testis vnus de numeratione mutui, & alter de confessione plenè non probant, ratioq; subiicitur. At in alijs contractibus secus. 30.
 - 31 Voluntas ex facto declaratur. 32.
 - 32 Remittentibus iura sua non datur regressus.
 - 33 Cōsentiens alijs iura sua perdit, & aliena fortificat.
 - 34 Quod semel placuit amplius displicere non potest.
 - 35 Testes qui conueniunt in eundem rei finem non dicuntur singulares, nec quando vna probatio influit in aliam. 38.
 - 36 Testium singularitas nocet quando probatio potest esse dubia, & se habere ad esse, & non esse. Secus quando omnia tendunt ad eundem finem.
 - 37 Quæ non profunt singula multa iuuant, quomodo intelligatur.
 - 38 Testium fides est arbitraria.
 - 39 Testes singulares probant quid in genere. Quæ sententia magis communis est. 46. Licet Decius contra sibi contrarius. 47.
 - 40 Cōductoris approbatio venditionis factæ de apotecam confirmat siue conuadit. 49. 51.
 - 41 Contractus minoris sine solemnitatibus statuti per eum factum maiorem approbatus valet.
 - 42 Approbatum semel improbari non potest.

CONSILIVM CCVII.

Auxilium meum à Domino.

GREGIVS vir magist. Dominicus de Martinellis anno elapso emit quandam apotecam sibi cōuigam à magist. Blasio de Sutorijs pratio inter eos conuento, quo facto dedit licentiam magist. Hippolyto de Nicoletis sutori in ea ad affictum commoranti per menses quatuor ante festum Paschatis Resurrectionis Dominice, quod adueniente dicto festo de ea discederet, quia nōlebat eum amplius perseuerare in dicto affictu: quo audito comparuit sutor, dixitq; non esse deuenien um ad petita per magist. Dominicum stante eo, quod non fuit interpellatus ad emendam apotecam, prout debebat ex forma statuti Ferrariae, subiungens, quod intelligit emptionem apotecæ factam fuisse nomine ipsius. Vnde super hac controuersia instructo processu superest videre cuius intentio sit potior.



1 **I** t prima frôte intentio futoris videtur præualere stâte statuto volente, q̄ conductor primò debeat requiri, an velit emere apotecam, prout in eo clare dicitur. ibi (Nec locatores possint, nec debeant apotecas artificii locatas alteri vendere, nisi primò requisuerint cōductores, an velint emere) † Cū enim loquat per verba præstis t̄pis subiunctiui modi præposita negatiua, indubitatè loquitur phibitiuè, & resistit actui, aufertq̄; potestâtē & facultatem vendendi, vt tradit Bar. in l. cum lex. col. 2. ff. de fideiuf. qui in hoc ab omnibus recipitur † licet in alio mēbro, quādo verba essent præsentis t̄pis indicatiui modi, dubia sit eius decisio, vt videri p̄t apud Alei. in l. 1. in prin. ff. de verb. obl. & Tiraquell. in lib. de legib. con nub. in glo. 2. nu. 9. post leges connubiales, vbi signanter adducit Iasonem in l. Gallus. in prin. in 1. & 2. lect. ff. de lib. & posth. reprobâtem distinctionem Bartoli, sicut & idē Iaf. in l. pacta. col. fi. C. de pact. † eā nimis subtilem appellat, & in l. stipulatio ista. §. alteri ff. de verb. obl. col. 6. dicit. t̄q̄ in hoc Bar. nimis recessit ab excellētia sua; quia lex siue statutū semper dicitur prohibitiuè loqui siue loquatur per verba præstis t̄pis indicatiui modi, siue subiunctiui † meritò si loquitur prohibitiuè, sequitur actum in contrarium factum esse ipso iure nullum, licet statutum illum non annuller expressim. l. non dubium, & ibi not. Bal. & Iaf. post alios C. de legibus, vbi dicunt, q̄ lex prohibitiua simpliciter loquens, semper intelligitur habere clausulam annullatiuam actus, vnde non est necesse, q̄ lex vltra annuller, quia prohibēdo satis dicitur annullare; vt ibi dicunt Fulg. & Cast. igitur huic magis. Dominico nō p̄t opitulari hęc veditio.

Nec sibi videntur prodesse testes examinati per eum ad probādum, quòd dictus Nicolettus fuit requisitus à magist. Blasio ante venditionē apotecę; & quod ipse noluit eam emere, † nauq̄ huiusmodi testes sunt singulares in loco & tempore; quatenus de hac requisitione, & noluntate aliquid deponunt, meritò nō probant c. cum dilecti. de elect. l. iururandi. C. de testibus, & ibi Bald. dicens, q̄ minus probant mille, quā vnus dominus meus Rimi. alios citans conf. 384. nu. 29. Crot. conf. 85. nu. 13. & conf. 106. nu. 9. † vbi singulariter dicit post Corn. consil. 181. hoc procedere etiam in causis, in quibus proceditur de iuregentium; quia cum vnus testis non probet etiam de iuregentium; quia duo requiruntur ad minus c. relatum, & c. cum esset. de testa. multò minus probant testes singulares, licet in causa procedendū sit secundum terminos iurisgentium, † & de bono & equo, vt dicit Cur. Iun. consilio 186. nume. 9. & idē non defertur iuramentum habenti tales testes, licet habenti vnum tantum sic, vt tradit Bald. in l. de quibus, col. antep. ff. de legibus, Soc. in fallentis suis regu. 204. fal-

10 lentia 67. Dec. in c. licet causam. nu. 16. de probat. † & si dicatur saltem ex testibus constare, quòd ipse sciuit, quòd locator volebat videri. Vnde cum fuerit certus vltra certiorari nō debuit c. eū qui certus. de reg. iur. in 6. Cur. Iun. conf. 217. nu. 9. & frustra quærimus de modo, vbi habemus effectum; frustra est enim requirere, an velit emere, si venditioni consentit, sicq̄ declarat se nolle emere, † sicut in simili videmus; quòd in omni actu præiudiciali debet pars citari l. nam ita diuus ff. de adopt. l. de vno quoque ff. de re iud. & tamen si citatus sit præsens, citatio alia non requiritur, † fit enim citatio ad finem, vt citatus compareat, sed ipso præsentē & comparētē redditur superflua & nugatoria citatio, secundum Bart. Iaf. & alios in l. 1. ff. de in ius voc. Dec. conf. 187. nu. 3. Crauc. conf. 4. num. 25. † Respondetur, quòd regula d. capituli eū qui certus, procedit quando denunciatio requiritur ad certificandum duntaxat alicquem, non autem ad alium finem, & sic, vt ipse aliquid faciat, quo non factò excludatur, prout in casu dicti statuti; volentis infra mensem à die denuntiationis conductorem apotecę declarare, an velit emere, vel non, & nolente emere infra dictum tempus posse alteri vendi; tunc enim non sufficit, sed denunciatio, seu notificatio requiritur expressa, ita tradit Bartol. in l. prima. §. fin. ff. de actio. empt. in l. denuntiaffe, in prin. ff. de adult. cum aliis multis per † Dec. cum mulatis, qui dicit esse communem consil. 74. col. 2. & in statuto propriè ponit Soc. Iun. consil. 4. in fi. vol. 2.

15 † Confirmatur, nā quando requisitio est de forma, vel substantia, non sufficit simplex scia, & q̄ res ad notitiā deuenit; sed necessaria est requisitio & denūtiatio; vt not. Bart. post Dyn. & alios in l. qui vxori §. quid ergo ff. de adult. sed in terminis statuti nostri, ne apothecę & c. denunciatio, siue requisitio est de forma; dicit enim, q̄ locatores non possint artificii apotecas locatas, alicui alteri locare, vel vendere, nisi prius requisuerint conductores, an velint vterius reconducere, vel emere, † illa enim dictio, nisi, denotat formā. Bart. in l. 1. nu. 10. ff. de condit. & demonstra. Dec. conf. 531. Senat. Pedem. decis. 174. in prin. Igitur omnino fuit necessaria dicta requisitio facta Nicoletto,posito, q̄ aliter certus esset, sicq̄ concludit in statuto Berous conf. 171. num. 14. vol. 1.

17 † Corroborat adhuc; nā quādo statutum quid inducit de nouo cū certis modificationib. quicquid in eo exprimitur, reputatur eē de forma, vt tradit Anch. consil. 242. Dec. consil. 331. col. 3. consil. 434. nu. 1. conf. 455. num. 7. conf. 528. ad fi. & consil. 531. col. 1. Crauc. conf. 182. nu. 10. Soc. consil. 92. vol. 4. Senat. Pedem. decis. 165. nu. 11. sed dictū statutū de nouo inducit dictā requisitionem per locatōrē fieri, nec eam posse alteri vendere, si conductor velit emere, & alia; de quibus in eo, meritò dicuntur omnia

18 nia in eo disposita esse de forma, † & propterea dicta forma statuti debuit omnino seruari; alias venditio facta Martinello ea forma non seruata fuit nulla, vt not. Cyn. & Bal. in l. ambiguitates. C. de testa. & post eos Cast. Iaf. & alii, Bar. in l. cum quid. col. 2. ff. si cer. pet. cum simili

19 libus per Dec. in allegato conf. 531. † semper enim forma censetur esse præcisa taliter, vt nullitas actus inducatur ea non seruata. l. fin. & ibi glof. C. de vend. rer. ciui. lib. 11. Alex. consil. 50. nu. 4. vol. 5. Afflic. decis. 355. nu. 4. latē Iaf. in l. sed & si quis. §. quæsitum. nu. 24. ff. si quis caur.

20 & Senat. Pedem. decis. 165. † nec à partibus remitti potest, vt per eum dec. 166. num. 7.

† Istis tamen nō obstantibus dico, q̄ in præsentia questione debet obtinere magister Domini cus, & succumbere futor, mouer ex testibus examinatis per magi. Dominicū, nā primò D. Raphael Venturinus agrimensor deponit, Nicolettum præsentē magistro Dominico dixisse, q̄ sibi fuerat oblata dicta apotheca, nec eam voluerat, neq̄ volebat emere, dictoq̄; telli conformis est Io. Petrus alius testis, qui prius ante venditionē factam magistro Dominico dicit, q̄ in eius apotheca, & eo præsentē magister Blasius requisituit Nicolettū, nunquid vellet apothecam prædictam emere, qui respondit, quòd

21 nequaquā, † hi nāq̄; duo testes licet singulares loco & tēpore deponētēs de duabus cōfessionibus Nicoletti emanatis præsentē magistro Dominico cōiunguntur ad plenā probationē; quia non inducuntur principaliter ad probandum confessionem, sed q̄ Nicolettus noluerit emere apothecam, q̄ ex illis confessionibus probatur. vt voluit Cast. cōf. 380. col. fi. vol. primo, Alex. conf. 53. col. 2. vol. 1. & Castrensem sequitur Dec. conf. 650. col. 2. † Cur. in l. admonendi. ff. de iureiur. nu. 193. dicens doctrinam Castr. in iudican. esse obseruandam. Cur. Iun. nume. 61. dicens Caccialupum idem in effectu sequi, respondensq̄; motiui Iasonis cōtra Castrēsem, vt per eum, Mantua. consil. 300. Soc. Iun. cōf. 90. nu. 13. cōf. 99. nu. 15. vol. 2. Crauc. in tract. de antiq. temp. in 3. par. num. 157.

Secundo moueor principaliter, nam cōstat, ex duobus aliis testibus, qualiter vna vice per duobus menses ante venditionem huius apothecę, magister Blasius absente magistro Dominico requisituit magistrum Hippolytum an vellet emere dictam apothecam. quia eam vendere volebat, cui magister Hippolytus respondit, quòd eam nolebat emere, & quòd eā daret, cui sibi placeret, & inde rursus post mensem ab illo colloquio, magister Hippolytus Blasio dixit (ò ben Blasio che vuoi tu fare della tua botega) Cui respondit Blasius (io la voglio vendere, perche id hō bisogno de danari) & magister Hippolytus respondit (vendi la pure tu farai bene) hi namq̄; duo testes de cōfessione Nicoletti, licet facta absente magist. Dominico, probant aduersus eum plenē, secundū

æquitatem iuris canonici, secundum quod solamens sufficit, vt tenet But. Card. Imol. & Fe ly.

24 nu. 27. in c. si cautio. de fide instr. † qui testat ur hanc esse cōmunem eamq̄; sequitur Cor. c. of. 113. vol. 1. Aret. conf. 64. col. 5. Paris. conf. 120. nu. 7. vol. 1. Do. meus Rimi. cōf. 118. nu. 16. vbi post eum pariter dixi, & cōf. 23. num. 302. nunc tamen addo Alex. conf. 245. col. 1. vol. 6. Soc. 25 conf. 64. col. fi. vol. 3. † Dec. cōf. 163. qui dicit esse cōm, sicut, & Cur. Iun. cōf. 168. col. 3. cū similibus, quos cumulat Ant. Gabr. Ro. lib. 1. tit. de cōfess. concl. 1. nu. 46. qui concludit esse cōm, † & ius canonicum Ferrariæ seruatur. Card. conf. 2. & dato, quòd illi duo testes singulares de confessionibus factis per Nicolettum præsentē magistro Dominico, & isti de confessione facta eo absente plenē non probarēt, cū tamen saltem semiplenē probent, coniungit debent ad plenā probationem. † Quoniam duæ imperfectæ probationes etiā diuersi generis, dūmodo perfectę in sua specie, vt vnus testis de veritate facti, & duo de confessione parte absente, coniunguntur ad plenam probationē faciendā, sicq̄; coniunctæ plenē probant, vt tradit Bar. ad quem semper recurrimus in repe. l. admonēdi. ff. de iureiur. col. 8. n. 40. ver. his præmissis, cuius decisionem dicit esse cōm, & veram Iaf. ibi nu. 257. & Rip. col. fi. in prin. dicēs, quòd cum Bar. transeunt alii, & pariter dicit ita communiter tenere omnes doctores ibidē Caccialup. nu. 151. post medium, Cor. conf. 13. circa princ. vol. 1. cum aliis deductis per Cur. Iun. conf. 168. nu. 13. † qui pariter dicit esse cōm, sequitur Crauc. conf. 73. numero 34. conf. 267. & idem Dec. conf. 650. col. 2. nu. 10. & licet subiunxerit, vel saltem in tali casu iuramentum deferri debet: allegando Bal. in rubr. de contro. inuest. & idem tradit Dec. in c. cum causam, nu. 16. de probat. † tamen aduertit debet, quòd eius dictum debet intelligi secundū Bal. quem citat ibi & alibi, loquentem in mutuo, quando vnus testis deponit de vera numeratione, & alter de confessione, non enim plenē probant ea ratione, quia plures sunt species mutui, merè naturale scilicet, aliud verò merè ciuile, quod fit per solam confessionem, primum verò per numerationem. Ideo testis deponens de vera numeratione deponit de mutuo uerè naturali, qui verò de sola confessione de mutuo ciuili, ideo cum deponant de diuersis speciebus, quæ non tendunt ad eundem finē, sed ad diuersum, nimirū si tāquā penitus singulares nō probant sine delatione iuramēti partis inducentis, † sed in aliis contractibus, & actibus vtique communis opinio procedit, cum in eis cesset dicta ratio. Ita pulcherimè tradit Iason. in d. l. admonēdi. numero 260. versiculo tu aduerte, & Dec. in d. c. causam. col. pen. nu. 16. de probat. vbi dixit esse speciale in mutuo, in alio verò contractu, secus, licet dictā rationē diuersitatis nō adducat, quia nō vidit la

sonem. nos autem sumus extra quæstionem mutui, ergo sumus in terminis dictæ communis opinionis; quæ euitari non potest; & quam pariter tenent Neuzian. conf. 27. num. 2. Crot. conf. 19. in fin. conf. 34. nu. 6. fufius conf. 131. nu. 41. cum sequen. † ubi communem testatur.

31 Tertiò principaliter prædictis accedit, quòd primus & secundus testis dicunt de libriculo futoris dato magnifico Dominico ante emptio nem, super quo erant computus & rationes in ter eum & Blasium ad finem, & effectum, ut magnificus Dominicus apud se retineret creditum futoris, quòd habebat cum Blasio ex affectibus solutis nondum decursis ex pretio dictæ apothecæ emendæ per eum. † Nam ex hoc factò declaratur, quòd non habebat voluntatem emendi dictam apothecam, immo quòd erat contentus, magnificum Dominicum eam emere, iuxta tex. cum ibi notat. in l. reprehendenda. C. de inflit. & subst. Cur. lun. consilio 303. numero 73. aliàs libriculum non dedisset, sed dixisset, nolle cum emere dictam apothecam sed ipsummet velle eam pro se, concurratque, prout tertius testis inquit, quòd facta emptio ne dictæ apothecæ futor unà cū Blasio in sero simul acceperunt ad magnificum Dominicum in eius apothecam, eique Blasius dixit, quòd futor inuenerat eum, conquerens de ipso, quòd acceperat pecunias dictæ apothecæ, nec dederat sibi debitas, tuncque subiunxit Blasius magnifico Dominico (Io ue gli hò lassati in mane, & l'hò menato qui da voi, accio che gli diate li fuoi danari) qui magnificus Dominicus futuri respondit (Io ho li vostri danari, & vegli daro, & se non fosse così sera, io ve gli daria) & tunc tutor respondit magnifico Dominico. (Basta, se voi gli haueti, io non dico altro, se voi m'hauesti detto, che voi gli hauesti hauuti, io non haurei detto altro; perche so che sono ficuri nelle vostre mani) quòd & hic testis inter cetera deponit de pecuniis futuri debitis per Blasium. retentis per magnificum Dominicum. Et in quantum futor de hoc dubitans venit ad dictum magnificum Dominicum, ut id intelligeret, id non fuisset necessarium, si habuisset voluntatem emendi apothecam, & intellecta retentione dictarum pecuniarum à magnifico Dominico facta, non respondisset (Basta, io non dico altro & c. sed dixisset (Io non voglio; chè sia fatta in voi que sta vendita, ma intendo sia fatta in me) & id genus. Ostendunt ergo hæc omnia, quòd ipse noluit emere dictam apothecam, sed fuit contentus, magnificum Dominicum eam emisse,

33 † & remittentibus iura sua, prout Nicolettus ex prædictis fecit, non datur regressus. l. queritur. §. si venditor. ff. de adil. edil. Tiraquel. de re trac. §. primo. Glos. 9. numero 119. Senat. Pedem. decis. 144. numero 6. Paris. consilio 5. nu. 155. vol. 4. Rol. à Val. consilio 57. num. 16. vol. 343. † ubi dicit, quòd qui aliis consentit perdit

ius suum, & alienum fortificat, prout fecit iste Nicolettus, qui consentiendo Blasio vendenti & magnifico Dominico ementi dictam apothecam perdidit ius suum eam consequendi, prout ex statuto poterat, & fortificauit ius magnifici Dominici.

Sed ultra, non ne tempore mensurationis fuit præfens futor: certè sic, & plus, posuit manum ad perticam, ut quintus testis apertè dicit, ergo noluit emere dictam apothecam, aliàs contradixisset mensurationi, non autem fuisset eius particeps & conductor.

Cum ergo constet ex his omnibus, quòd noluit emere dictam apothecam, non potest nunc contrarium uelle † per regulam, quòd semel placuit, testis esse singulares, cum de diuersis actibus & uerbis deponant, uarioque loco & tempore factis & prolatis † Quia considerandum est, quòd conueniunt omnes hi testes in prædictis in eundem rei finem, nempe quòd Nicolettus noluerit emere dictam apothecam, quo stante non dicuntur singulares, ut tradit Bal. consilio 337 proponitur, quòd celebratus & consilio 150. Quidam Gasparonus. mihi volumine primo, licet variato numero & volum. Crau. cum sequutus citet consil. 73. col. antep. circa fi. ubi addit etiam Paul. de Castr. consilio 148. Viso processu & attestationibus. colum. fi.

37 vol. 2. † dicentem, quòd testium singularitas solù nocet, quando probatio potest esse dubia, quia potest se habere ad esse, & non esse, secus, quando omnia tendunt ad eundem finem, sine quacunque dubietate, prout est hic ad vnguem, quòd futor noluerit emere apothecam id dicendo. dando libriculum emptori, ut retineret creditum suum, dicendo (Basta, non dico altro) adiuuando mensurationem, & ultra Baldum Castren. & Craue. de quibus supra, concordat etiam Bal. post Oldrad. in d. c. cum causam. col.

38 2. de prob. † dicens quòd si vna probatio influit in aliam, & conferunt in idem, testes non dicuntur singulares, sed contestuales, & conferentes

39 ad eliciendum vnam conclusionem, † & tunc que non profunt singula multa iuuant, allegando tex. in l. qui sententiam. in ver. concordantes in unum rei finem. C. de poen. sequitur. Ias. in d. l. admonendi. numero 255. Vnde nemini dubium esse debet, quin ex his testibus colligatur plena probatio, quoniam ex tot dictis testium Iudex adduci debet ad eis fidem præstandam, † cum omnis fides testium sit arbitraria, ut not. Castr. in d. l. admonendi, & in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. sicque tenet per rationem prædictam. Socin. consilio 267. columna antep. Dec. consilio 163. col. 1. Cur. conf. 178. col. 1. Veron. conf. 3. col. fin. ciuiliu Brun. in tract. de indici. col. 2. Mars. in pract. cri mi. §. diligenter. col. 3. & in l. prima. §. si quis vitro. col. 12. ff. de quest. cū simil. per Gabriel. lib. 1. titu. de teste. conclus. 2. nu. 62.

Quarto

41 † Quarto vteritis, cōcesso millies (licet verū non sit) quòd isti testes essent singulares, tamen probāt. Nam hic agitur de probādo istud in genere, videlicet quòd futor noluit emere dictam apothecam, antequā magnifico Dominico venderetur quocunque modo, loco & tempore, quibusue verbis, aut actibus hoc declarauerit, de qua re testes dicunt, non est uis, quia non agitur principaliter de probando dictos actus aut verba, sed noluntatem emendi, quæ dictis actibus, aut verbis inducitur, † probatur ista conclusio, quatenus passim, & crebrius dicunt doctores, ad probandum quid in genere

43 sufficere testes singulares, puta, † quòd quis possederit, probando per testes discordantes circa actus possessorios; quia aliqui, dicit, quòd uiderunt arari, quidam quòd seminari; quidam vires putari, nam tales testes singulares probant possessionem in genere, cum supradicti actus eam inferant, † vel si agitur de probando iurisdictionem in genere, sufficiunt testes de actibus particularibus; ex quibus iurisdictione infertur; quia quidam viderunt decapitari, qui

45 dam verò suspendi maleficos. † Idem in probando, quem hereticum in genere, satis est, testes deponere de actibus, licet diuersis, ex quibus heresis inferatur, ita glo. & doct. in l. Ariani. C. de hæreti. Innoce. & Doct. in c. qualiter & quando, secundo, de accus. Bald. consil. 406. in causa Vincentii. col. prima volum. primo, Abb. consil. 81. col. 1. vol. 2. Alex. consil. 141. colum. 2. volu. primo, consil. 92. col. 4. vol. 5. Calcan. consil. 9. col. 2. Cor. consil. 91. consil. 134. vol. 1. Cur. Iun. consil. 63. col. 3. cum aliis multis per Cra. consil. 4678. col. 2. & 3. & latius consil. 73. nu. 34. † ubi cōcludit, hanc esse opinionem magis communem & eam tenet etiam latè Soc. Iun. consil. 178. nu. 8. volum. 2. licet Dec. aliud tenuerit in c. licet causam. de proba. † ultra quòd fuit sibi contrarius consil. 650. col. 2. in fin. ubi tenet conclusionem, de qua supra, quam etiam tenet Boer. decis. 23. n. 44. Rui. consil. 67. nu. 9. vol. 1. Nicol. Bellon. consil. 57. nu. 4. Rochus de Curt. in tract. de consuet. nu. 121. Laurent. de Silua in tract. de feud. recogni. q. 1. nu. 30. Cur. in tract. de testib. nu. 77. & latissimè de illa meminit Craue. in tract. de antiq. temp. in tercia par. car. 294. & Rol. à Val. consil. 82. nu. 43. vol. 2. & ego latissimè dixi idem firmans consil. 7. per totum.

48 † Quintò & vltimò, quando hæc omnia cefarent, & in specie, quòd iste non fuerit requisitus emere dictam apothecam ante eius venditionem, aduertit debet, quòd eam iam factam approbavit Probat hoc in primis Blasius veditor, qui post dictam venditionem factam M. Dominico deponit dixisse futuri, quòd in futurum non deberet amplius recognoscere eum in dominum apothecæ, sed magnifici Dominici ubi presentem, qui emerat illam, futorque respondit (sia in buon' hora io son contento) presentibus se tenet, magnifico Dominico futore, & gargionis

magnifici Dominici in eius apotheca, dicendo enim futor, (sia in buon' hora, io son contento) & sic assentiens venditioni, patet ipsam approbasse, & huic testi testes sunt alii duo, quatuor & 5. qui pari modo deponunt, † quare stante dicta ratificatione, tollitur omnis nullitas præcedens, si quæ causata fuisset in dicta venditione præambula. l. fi. C. ad maced. decis. Nea. 220. in fin. Senat. Pedem. decis. 139. nu. 15. Immo verò stante hac approbatione venditionis, frustra est eam velle impugnare ex causa interpellationis omiffa, quæ requirebatur ex forma statuti, nā cōsensus iste & approbatio sequens de ea facta, operatur, quòd valuerit & valeat, nec ultra possit impugnari, ut in notabili casu

50 † & statuto simili decidit Roma. consil. 54. uolens, quòd contractus factus à minore sine solennitatibus statuti, & sic nulliter, per eum factum maiorem approbari possit, & vigore dictæ approbationis subsistat, dummodo in eius actione dolus non interuenit; quia cum solennitas illa requisita à statuto, quæ non interuenit, fauorem illius respiceret, superueniente eius consensu debet actus conualescere, secundum doctrinam Bar. in l. prima. §. sed si filius. ff. de leg. tertio, & per l. filio præterito. ff. de iniur. test. & eandem opinionem tenet Bal. quem Roma. non citat consil. 47. ad intelligentiam. vol. 1. & Goz. neutrum ex prædictis allegans consil. 16. nu. 7.

51 † merito pari modo, licet hæc venditio fuisset nulla, ut pote non interpellato dicto futore iuxta formam statuti, quia tamen hæc solennitas eius fauorem respiciebat, superueniente eius consensu, ut supra ostendi, debet conualescere venditio, & certè nihil melius dictis decisionibus ad hoc adduci possit. † Non ergo amplius potest improbare, quòd approbavit. c. quòd se mel placuit, de regul. iur.

Et ex his optimè fundata ramanet intentio M. Dominici, sicut & contraria virtualiter ex prædictis remanent sublata. Nihilominus etiã particulariter ego respondeo. nam licet regulariter forma seruanda sit, nec à partibus remitti possit, tamen procedit, quando concernit fauorem publicum, secus si priuatum, ut in casu nostro. Is enim in cuius fauorem inducta fuit, potest renunciare. l. filio præterito. cum ibi not. per Bartol. & alios. ff. de iniur. testa. Ancha. in c. rescriptum. in fi. de resc. Dec. in c. 2. de test. & in c. cum accessissent, nu. 9. de constit. Castr. in l. non dubium. C. de testa. & in l. ff. de lib. & post. Aret. in rub. eo. tit. dum citat Bar. in l. 1. §. si filius. ff. de leg. 3. qui hoc clarè dicit, & idè Dec. in l. posth. col. 10. C. de bon. poss. con. tab. & post eum Cur. nu. 34. Dec. in l. pacta, que contra. nu. 10. C. de pact. Rui. consil. 46. colu. fi.

54 vol. 5. Alciat. parad. lib. 3. c. 5. † qui communem testatur, Maria. in c. si diligenti. col. 3. de for. cōpet. Guliel. Bene. in q. de Episcopo, nu. 60.

Hippoly. Riminaldi Ferrar.

L I 4 Pro

Pro magistro Antonio Moretto.

ARGUMENTVM.

De licentia fabricandi data non probata, de Grā ma non remouenda ratione strepitus qui fit ex ea, & de aliis scitu dignis circa testes quando probent vel non.

SUMMARIVM.

- 1 Successor non debet esse melioris conditionis auctore suo.
- 2 Princeps succedens facta sui præcessoris seruare debet. Et illis contrariens sibi ipsi dicitur contrariens. 3.
- 4 Probatio incerta non releuat. Lexq. præsumit in ea pluralitatem, cum debeat necessario concludere. 6. Bidellus equo conducto si probauerit equum in via mortuum esse, non dicitur probasse fuisse illum quem conduxit. 5. Que sententia communis est.
- 7 Probatio debet esse clara, certa & necessario concludens.
- 8 Agens ad promissionem puram si probat de conditionali qua extitit, non dicitur intentione sua probasse.
- 9 Contractus purus, & conditionalis purificatus equiparantur.
- 10 Pluralitas presumitur in actibus qui solent multiplicari. Ut ars pistorum, & beccariorum dicitur. 11.
- 12 Testis de auditu debet saltem nominare duos à quibus audiuerit. Et de credulitate non probat non adducens rationem. 13 14. Et eatenus probat quatenus eam adducit.
- 15 Testes quorum interest non probant, & ubi tractat de se exonerando dicuntur in causa propria deponere. 16.
- 17 Statuti qualitas probari debet, & verificari, ut illud habeat locum.
- 18 Pena cap. pri. de homi. in 6. locum non habet non probato quod occisus esset Christianus.
- 19 Statutum si dicat, quod ciues admittantur ad aliquid, probari debet quod sit ciuis. Et illud cessat ubi verba non conueniunt. 20.
- 21 Aedificare quis potest in pariete comuni, de quo est Glo. communiter recepta. 20.
- 23 Peritis in arte deserendum est.
- 24 Strepitus causa tantum quis ab exercitio suo remoueri non potest in domo per eum conducta. Nisi ad instantiam doctoris, scolaris, vel infirmi, iudicio medicorum. 25.
- 26 Ab assuetis non fit passio.
- 27 Domus usus cuique liber esse debet.
- 28 Verba plures & plures, de quatuor verificantur.
- 28 Testis de auditu à parte post litem motam non facit etiam presumptionem.
- 29 Testis domesticus repellitur.
- 30 Liber homo conuenit mercede seruans non dicitur idoneus testis.

- 31 Testis singularis non probat.
- 32 Absenti prius non acquiritur quam ratificanti.
- 33 Notarius absenti querit secunda ratificatione, & non ante. Que sententia magis communis est. 34. Et in hoc Tiraquellus arguitur. 35.
- 36 Ratificatio fieri non potest tempore incongruo, & re non integra.
- 37 Conditiones copulatae verificari debent omnes, Et suspendunt actum. 38. Nec ille ante deducit in esse.
- 39 Peritū vni tantum non est danda fides in loco ubi plures adsunt periti qui adhiberi poterunt. Et est communis opinio. 40.
- 41 Euidencia facti superat alias probationes.

CONSILIVM CCVIII.

Auxilium meum à Domino.



IRCA primum dubium, per quod supponitur, fabricā camini, de qua contenditur, factam fuisse à magnifico Baptista fabro de anno 1546. de licentia domini Ludouici Verrarij tunc domini domus vicinæ, in qua postmodum successit magister Antonius Morettus, & ideo licentia peti non debuit per Fabrum à Moretto, cum petita fuerit ab eius auctore, † successor enim in re non debet esse melioris conditionis auctore suo. cap. nemo plus iuris. de regul. iur. in 6. l. si mulier. §. primo ff. ad velle. quæ iura citat ad hoc dominus meus Rimin. conf. 152. nu. 27.

- 1 † Hinc etiam Princeps succedens facta sui præcessoris seruare debet, & illis ligari, vt not. Fel. Dec. & omnes in c. primo, de probat. ab un. de Senat. Pedem. decis. 139. num. 11. Roland. à Val. conf. 13. nu. 36. vol. 3. † subdens post Bald. conf. 236. colum. 3. volum. primo. Quod successor Principis contrariens factis sui præcessoris, dicitur contrariens sibi ipsi, quare licentia petita à Verraria, petita videtur à Moretto, qui successit in locum Verrariæ, & ob id vltcrius ab eo non fuit petenda, cum tunc in dicta domo non habitaret.

Puto breuiter animaduertendum esse, nam super hoc reperio tantum duos testes examinatos, dictum Verrariam, & alium qui frabri non probant intentionem. Nam Verraria qui dem deponit, dedisse licentiam fabricandi in confinibus domorum Fabro pro libito voluntatis suæ, eumque fabricasse, prout sibi placuit, durante habitatione ipsius talis in dicta domo, & sic antequam Morettus successisset in ea, sed non deponit in specie, quæ nam fuerit fabrica facta per Fabrum, cum potuerit esse alia, quàm camini, de quo contenditur, † merito talis probatio velut incerta non releuat. l. neque natales C. de probat. Et est notabile dictum Ioan. Andr. in c. auditis. de præscrip.

scrip. de Bidello qui cōduxerat equum, deinde conuentus dicebat esse mortuum naturaliter in via, probando per aliquos equum quem equitauerat in via mortuum fuisse, tamen, quia non probauit equum, quem probabat esse mortuum, esse illum, qui sibi fuerat locatus; succubuit propter incertam probationem, sequitur Alex. conf. 118. colum. fin. & conf. 119. col. pen. uol. primo. † Dec. qui communem testatur conf. 91. in fi. conf. 129. col. secūda, post mediū conf. 210. col. pen. Crau. conf. 112. nu. 3. Grammati. consilio 1. nu. 13. ciuiliū, Bonacofsius noster vt mihi frater honorandus in tract. de equo q. 425. cum simil. † quibus accedit Rui. conf. 46. nu. 16. uol. 4. dicens, quod in materia probationum, quæ debet necessariò concludere, lex præsumit pluralitatem, cum semper interpretationem faciat contra producentem c. in presentia: de prob. & per Bar. & alios in l. inter stipulantem. S. 1. ff. de verb. oblig. deinde citat prædictam decisionem Io. Andree in d. c. auditis. de equo conducto. † Hinc & Rol. à Valle conf. 27. nu. 10. vol. tertio dicit, probationem debere esse claram, certam & necessariò concludentem, & Crau. consil. impresso post decis. Pedem. 122. num. 13. subdit, probationem generalem non concludere, post Gemi. conf. 48. colum. 5. & Romanum conf. 321. in fi. qualis est hæc de licentia data fabricandi in confinibus non exprimendo qualitatem fabricæ, nec in quo loco particulari confinium, † & ultra prædictos bene facit, quod tradit Bad. in l. edita. col. penul. C. de eden. in repet. Patauina ubi concludit, qd si egi contra te; quia promissisti pure, & probo, qd promissisti sub conditione, quæ extitit, vel sub die, quæ præterit, intentio mea non est fundata, nec probata; quia contractus, de quo deponunt testes, censetur esse diuersus c. cum Ioannes. de fid. instrum. quàmuis secundum eum pluralitas non præsumatur in his, quæ possunt esse idem, † & sic vult Bald. quod licet probetur æquipollens; quia paria sunt, qd contractus sit purus, vel conditionalis, & conditio sit purificata l. si pupillus. ff. de cond. insti. l. sed & si de sua ff. de acqui. hæred. Ias. in l. si pecuniam. col. 2. ff. si cert. pet. & in l. quoties in diem. col. 3. ff. de verb. oblig. Rui. conf. 31. num. 4. vol. 4. Paris. conf. 11. nu. 64. vol. 1. Soc. Iun. conf. 113. nu. 2. & conf. 125. nu. 1. vol. 2. & conditio purificata habetur pro pura, Soc. Iun. conf. 160. num. 73. vol. 2. Cephal. conf. 272. nu. 70. tamen, qd actus in materia probationis cōsatur esse diuersus; & illam decisionem sequitur Nell. de sancto Gemi. in tract. de test. nu. 156. & Rui. consil. 81. num. 4. vol. 4. ex quibus patet in casu nostro non sufficere, qd probetur istum edificasse in dicta domo tpe Verrariæ de eius licentia ad concludendū, qd tunc fecerit caminū, de quo est questio, cū potuerit aliā fabricā, quàm istā camini fecisse. Et sic ista probatio in certa non releuat.

- 10 † Confirmanturque tanto magis prædicta quoniam, vt inquit Dec. in d. c. in presentia, n. 13. in actibus, qui solent multiplicari, præsumitur pluralitas; vt in exemplo de equo cōducto, & idem pulcrè confirmat Rui. conf. 12. num. 5. uol. 5. † ubi loquens de testibus deponētibus de actu venditionis pistorū, & beccariorum, qui frequentatur, uariatur & multiplicatur ex natura exercitii eorū, dicit de facili præsumi; qd non deponant de eodē, sed de diuerso actu, quod in casu nostro conuenit; quia huiusmodi fabricæ, quæ fiunt in domibus iam factis reficiendo eas; & melius adaptando, solent multiplicari; propterea non sequitur, probo fabricasse, ergo tale quid, cum aliud esse potuerit. Eodē morbo laborat secūdus testis super hoc deponens; quia non deponit de isto camino, de quo agitur, & quod peius est, circa licentia habitam à Verraria, de auditu tantum ab illo loquitur, † quod non sufficit; testis enim vt de auditu probet, quis debet saltem nominare duos à quibus audiuerit, vt videatur an eius dictū habeat auctores idoneos, c. licet ex quadam, de testi. & ibi not. Butr. not. 4. sequitur. Aret. conf. 73. col. pen. Cur. Iun. conf. 17. col. 2. Natta conf. 170. nu. 5. Præterea interrogati an faber fecerit aliquas fabricas postquam Morettus acquisiuit domum, vnus respondit se aliter nescire, † alius verò credit, quod non, & rationem credulitatis non allegat, quod fit, vt non probent, iuxta not. per Ias. in rubrica ff. de iureiuran. & in l. solam C. de testi. † testes enim interrogati non probant, si rationem sui dicti non reddunt, Rol. à Valle conf. 9. nu. 35. uol. 3. & eatenus probant, quatenus eā reddunt. Soc. Iun. conf. 69. nu. 6. vol. primo.
- 11 Circa secundū dubium de fabrica camino, & altanæ factorum per Morettum, † quæ non probatur legitime facta, videlicet de licentia Fabri; cum testes super hoc deponentes sint muratores, & manuales, quorum interest ob poenam, quam illis statutū imponit. l. omnibus. C. de testi. † quoties enim testis tractat de se exonerado, dicitur in causa propria deponere, ad hoc vt repellatur, Bar. in l. deferre ff. de iur. fis. Cast. conf. 301. in vltimo dubio. vol. primo. Crau. conf. 99. vol. 2. Respondetur, statutum ita demum poenam eis imponere, si fuerit eis denunciatum per aliquem, cuius interfit: vel de mandato Iudicis, ne laborent, vel ut ab opere desistant, quod hic ex processu constare non video, merito poena statuti prædicti locum habere non potest. † ad hoc enim, vt habeat locum statutum, qualitas ab eo requisita debet verificari, & probari. Bart. in l. 1. S. ait prator ff. ne quid in flu. pub. Dec. conf. 356. numero 4. conf. 589. nu. 7. † & bene facit: quod scribit Ioan. And. in c. 1. de homi. in 6. dicens se euasisse à poena illius textus illis imposita: qui p. assassinos quēlibet Christianū interficiunt, cum probatum non esset: quod interfectus esset

esset Christianus, sequitur Bal. in l. si quis non dicam rapere, colum. 3. C. de epif. & cler. Nat. 19 conf. 254. col. 2. † Hinc & Bar. in l. non ignorat. C. qui accusare, scribit, q̄ ubi statuta dicunt, q̄ ciues admittantur ad aliquid, debet fieri probatio, quod sit cuius parte citata, sequitur Nat. conf. 388. in prin. & cū prædictis etiam latè concordat Senat. Pedem. decif. 88. num. 6. cum ergo sint extra poenam statuti; eorum non interest, meritò sunt idonei testes; & licentiam legitimè probant. Præterea ultra muratores, & manuales ad sunt quinque testes, quoru alter est marangonus, alter pistior, qui indubitèter in exercitio murandi non se intromittunt, & sic nec muratores, nec operarii ad murandum dici possunt, ita quod in eis statutum, quod ad fabri cam caminorum, & altana omnino cessat, meritò quando etiam licentia per alios legitimè non probaretur, ipsi sufficere debent de illa deponentes, & sic cessat ista difficultas omni respectu, si benè aduertatur.

Venio nunc ad tertium dubium de grammæ remouenda; cum alibi commodè poni possit, idque Morettus promiserit; ut pro parte aduersa vtrunque dicitur esse probatum, & in eo premitto, statutum nostrum quo ad grammæ cessare; loquitur enim, quado quis de nouo construeret, aut edificaret, vel ex antiquis reficeret in confinibus, quorum neutrum hic cadit, sed affixio grammæ in muro communi;

20 † Vnde res hæc secundum ius cõmune metiri debet, & statutum cessare; ex quo verba eius non conveniunt l. 4. §. toties, & ibi not. ff. de damn. infect. l. hos accusare §. omnibus ff. de accusa. Dec. conf. 553. nu. 7. Senat. Ped. decif. 50. nu. 9. Dominus meus Rimi. conf. 40. nu. 4.

21 Cur. Iun. conf. 294. nu. 57. † & de iure communi reperio, quod in pariete communi quis potest nedum quid asfigere, ut in casu nostro, sed etiam edificare, & superedificare; quoniam non interest socii quominus id fiat, gloss. est communiter approbata in l. Sabinus. ff. com. 22 diui. † quam sequitur, & communiter receptam testatur Corn. conf. 113. nu. 4. vol. secundo, hic autem non interest huius Fabri, quod grammæ muro communi sit affixa; quoniam nullum damnum, præiudiciumve facit muro valdè stabili, & de tribus testis, ut dicunt testes examinati pro parte Moretti pratici & experti in arte murandi, & in cognoscendo muros,

23 † quibus ob id venit deferendum secundum Bar. in procem. fforum §. omnem nu. 8. Alexan. conf. 15. volum. primo, dominus meus Rimi. conf. 4. in principio, Card. in clem. prima q. 13. de homi. Roland. à Valle conf. 30. nu. 26. uol. 3.

24 † Nec interesse respectu strepitus grammæ generantis tedium Fabri, aliisque de domo sua, de quo non nihil testes sui deponunt, est adeo considerabile, ut iste Morettus prohiberi debeat, ne ibi grammam teneat, & strepitum immittat in domum Fabri; quia ex consuetu-

dine audiendi strepitum fit quidam habitus, 25 itaque somnus non impeditur, † toleraturque tantum prohibitio in Doctore, vel scolare; qui ob strepitum nõ possit uti domo studendo in ea, idque ob publicã utilitatẽ, & in infirmo, cui strepitus iudicio medicorũ foret nociuus, sed extra hos casus talis strepitus prohiberi nõ potest, ita in Fabro maleante traditi in specie Ripa in l. prima, nu. 128. ff. solu. matr. concludens, Fabrum maleantem in domo sua nõ posse per vicinum prohiberi ob id, quod strepitum immittat in domum vicini, nisi sit infirmus, doctor, vel scholaris, ratione prædicta habitus, qui fit audiendo strepitum, ex quo habitu non inferitur impedimentum etiam somni.

26 † Idque pariter apud Philosophos expeditum est, quod ab assuetis non fit passio; sic ergo & in hac grammæ dici debet, quod de solo strepitũ, qui grammando immittatur in domũ Fabri, remoueri non debeat ex loco, ubi reposita est, ex decisione Ripæ valde in terminis, & ad rem nostram, nec reperitur iure cautum, quod ob id, quod alio loco habili collocari possit grammæ, Morettus teneatur eam remouere, vnde

27 reposita est. † cum vsus domus sue sibi debeat esse liber, & in ea moderator & arbiter l. in remandata C. manda. & fortè alia loca sibi necessaria sunt ad aliquid aliud, qđ in loco grammæ fieri non possit; vel eque benè, vnde hæc libertas sibi auferri non debet.

Verum quia conatur probare Faber Morettum sibi promississe remouere grammam. Videndum est, an testes super hoc deponentes eius intentionem probent. Et in primis captio secundum testem, qui nihil penitus probat: dicit enim, quod sunt plures & plures menses; quod Faber conquestus fuit cum ipso teste, ex eo, quod Morettus fecerat affigi in muro confinante vnam grammam à pane, propter quam recipiebat magnum tedium, & quod Morettus promiserat ei ammouere eam, & postea recu-sauerat. Pondero, quod ipse testis loquitur de auditu ab ipso Fabro, & post litem motam,

28 illa enim verba, quod sunt plures & plures menses, verificantur in 4. cū si simpliciter dixisset de pluribus mēsisibus, intelligeretur de duobus, secundum Bald. & Alex. in l. & si post tres ff. si quis cautio. ergo geminata de 4. sunt intelligenda, & tamẽ hæc lis de mēse Aprilis. 1548. incepta fuit, ergo longè ante quatuor menses, quo fit, ut nec quidem præsumptionem faciat, cum deponat de auditu eorum, quæ dixit actor post litem motam; quia potuit hoc esse dictum in fraudem, etiam si ab alio, quàm ab isto Fabro dictum fuisset, sed tantò magis, cum ab eo id audiuerit, cui in facto proprio non est credendum. Ita voluit Archi. §. 35. q. 6. cap. 1. circa fin. quem latius refert & sequitur Dec. conf. 82. col. prima, Paris. conf. 53. num. 11. vol. 4. Crau. conf. 112. nu. 12. Crot. conf. 34. num. 24. post Abb. & Aret. in cap. licet ex quadam. de testi.

Corn.

Corn. conf. 62. col. 7. volum. primo, conf. 146. col. 2. volum. tertio, Roman. sing. 768. Petr. de Monca. in addi. ad Crot. in tract. de testi. num. 368. Craue. in tract. de antiq. tempo. num. 307. prima par. Anto. Gabriel. libro primo de testi. 29 conclus. 3. nume. 9. † Tertius verò testis de promissione deponens est familiaris, siue domesticus Fabri, veluti stans cum eo in eius domo ad unum panem & vinum, & sub salario annuo, ut ipsemet fatetur in generalibus; quo stante repellatur a testimonio l. secunda, & ibi not. glo. Bal. Castr. Salyc. & alii C. de testi. Bal. Imol. Fely. & cæteri in c. in literis, eod. titulo Specul. in titulo de testi. §. primo versi. Item, q̄ est domesticus; & not. in addi. decisionis Tolo. 4. Idemque firmat Angel. conf. primo col. conf. 150. col. 5. Bald. consilio 35. 2. vol. 5. Dec. 30 conf. 133. col. 2. † Nam liber homo conuenta mercede seruiens, non dicitur idoneus testis, ut per Cyn. in d. l. 2. quæst. 1. Alex. de famulo loquens consil. 5. col. 3. volum. primo, Afflic. in consti. regn. sub rubrica de Alea. nu. 10. Grat. respon. 81. col. penul. & respon. 82. vol. secundo Roma. consil. 420. Grama. consil. 26. col. 6. & in ciuilibus consil. 164. col. pen. cum similibus per Anton. Gabriel. concl. 10. lib. 1. de testi. meritò super eius dicto fundamentum fieri nõ potest.

31 † Quartus verò testis succedit, in quo considerandum est imprimis, quod est singularis, ut patet, dum nullum dat cõtestem præter ipsum, sed ultra deponit de promissione Moretti auferendi grammam facta filio Fabri, qui filius tamen ex dispositione iuris, ius patri acquirere possit §. primo. instit. per quas perso. nob. nec prius sibi ius queritur, ut tradit Aret. conf. 95. respondendo. in fin. per regulam l. si ego, & ibi Bar. ff. de negoc. gest. ubi loquitur in terminis statuti, quod alteri per alterum ius & obligatio quæri possit, subdens, quod in casu suo non erat opus statuto, cum etiam de iure communi alteri per alterum posset acquiri l. prima & secunda C. per quas pers. sed quod ista intelliguntur, eo cui debet acquiri ratificante, & non prius, sic ergo & in casu nostro dicamus.

33 † idem videmus in notario; qui ex stipulatione querit absenti, secuta tamen ratificatione, & non ante, ut tradit Cast. consil. 197. visis his, quæ narrantur, in secundo dubio, cū aliis plenè per Dec. cumularis conf. 226. nu. 7. & sequenti. & consil. 531. in fi. latè Cagnol. in l. si librarius. nu. 64. ff. de reg. iur. & per Dec. in l. contractus. nu. 16. ff. eodem titulo, cum concordantibus à me latè deductis in rub. de donat. in prin. lib. secundo institutionum. latè Tiraq. de cõstit. 3. par. limit. 30. nume. 10. Viuius in suis commun. opi. in ver. donat. Didac. in rubrica de testam. Bart. 3. nu. 13. vsque ad 15. Gabriel. Roman. lib. tertio de verb. oblig. conclu. 1. nume. 100. licet

34 infinitos alleget in contrarium. † Senat. Pedem. decif. 33. nume. 4. cum sequent. dicens

esse magis cõmunem, cuius auctoritates essent sigillatim videndæ; quia, fortè deficerent, ut illa Tiraquelli postremò loco per eum citata 35 in d. 30. limit. nu. 23. & 49. † nam ponit ibi, quod notarii possunt pro aliis stipulari nullo delectu stipulationum iudicialium, seu conuentionalium, nullaque mentione auctoritatis, vel mādati Iudicis, & quod vtilis acquiratur absenti sine cessione, de quo non dubitamus, sed an requiratur ratificatio. Vnde residendo in prior sententia dico, quod de hac ratificatione secuta in processu nihil constat, † nec amplius fieri posset nunc post hanc controuersiam velut tempore incongruo & re non integra l. bonorum ff. rem rat. hab. Aret. consil. 95. in fin. Rub. cõf. 132. in fi. ergo nec super dicto huius testis uis fieri debet.

Solus ergo remanet quintus testis de hac promissione deponens; sed sub multiplici conditione annexa, videlicet ubi Morettus nõ pateretur incommodum; & quod posset facere suum exercitium, quodque sibi damnum non afferret, & postremò, quod posset eam denuo locare, ubi nunc est, quotiescunq̄ sibi placeret, quia nolebat sibi præiudicare in iuribus muri, ubi est affixa. Volens subindè fieri instrumentum. † Hæc autem omnes conditi ones non sunt verificatæ, cum tamen debuissent verificari, ut simul copulatiuæ annexæ l. si heredi plures. ff. de cõdit. instit. prius quàm potuerit agi l. Thais ancila ff. de fideico. lib. l. legata sub conditione ff. de condit. indeb. l. prima ff. de reg. cato. Celsus Hugo conf. 6. nu. 4. & conf. 60. nu. 14. meritò super dicta promissione nescio quod nam fundamentum fieri possit.

38 conf. 207. nu. 52. † conditio namque suspendit actum, prius quàm conditionis euentus pateat, nec ante cõditionalis actus dicitur in esse productus l. cedere diem ff. de verb. signi. l. sub conditione ff. de condit. indeb. l. prima ff. de reg. cato. Celsus Hugo conf. 6. nu. 4. & conf. 60. nu. 14. meritò super dicta promissione nescio quod nam fundamentum fieri possit.

Venio nunc ad quartum dubium super non danda licentia Moretto faciendi solarolum; quia columna tota est Fabri, ut deponit pro eo 39 magister Hieronymus Trifstanus. † Et in hoc dico facilem resolutionem dari posse, quod cum Trifstanus solus in hoc examinatus de peritia deponat, sibi tantum credi non debet, cū in hac ciuitate plures periti haberi possint, iuxta doctri. Bart. in l. prima, in prin. ff. de vent. inspi. Bart. & alii in proem. fforum, Alex. in l. 40 prima §. fin. ff. de verb. oblig. † & ponit Dec. qui dicit esse communem in l. iuris ignor. C. qui admitt. & ita Alex. conf. 148. in causa equi empti. col. 2. vol. secundo, qui quendam Marscalcum arguit, quod non probet, cum solus fuisset in ea causa examinatus de peritia. Vnde sic & in casu nostro idem dicendum est ad vnguem, & ob id nihil videtur impedire, quominus licentia dari debeat edificandi solarolum, maximè ex his, quæ in facto dicentur domino 41 Iudice, † & per euidenciam facti poterit dignoscere,

gnoscere, que omnes alias probationes superat, ut inquit Bald. in l. contra negantem, in fin. C. ad leg. Aquil. Gozad. confil. 34. numero 10. Et ex his remanet dubiis satisfactum.

Hippoly. Riminaldi. Ferrar.

Pro egregio viro Iuliano de Agazzanis Carpenſe.

ARGUMENTVM.

Nunquid testamento, vel illius prothocollo allegato fides sit prestanda. Quæ requirantur ad fidem prothocolli, quæque illud suspectum reddant. De comparatione literarum, & quando testes eam non probent. Quæ requirantur, ut alius notarius instrumentum releuare possit, Et quando solennitas extrinseca presumatur, vel non ex antiquitate temporis. Et alia quædam tractantur.

SVMARIVM.

- 1 Appellatio non datur à mera interlocutoria.
2 Sententia dicitur habere vim diffinitiuam quando per quandam consequentiam venit ad decidendum negocium principale.
Exemplum super exceptione solutionis. 3.
Prescriptionis aut pacti de non petendo.
Vel super peremptione instantia in causa appellationis. 4.
Cuius rationem reddit auctor. 5.
6 Appellatio datur à sententia habere vim diffinitiuam.
7 Prothocollo standum est, quando differt ab instrumento transumpto.
Nec dicto instrumento creditur. 8.
9 Statutum prohibens appellationem ab interlocutoria debet intelligi de mera non autem de habente vim diffinitiuam.
10 Statuta, que prohibent appellationem odiosa sunt. & strictè sumenda.
10 Instrumentum producens manu talis notarii probare debet id esse scriptum manu dicti notarii.
11 Statutum de instrumento exequendo intentans probare debet, illud esse instrumentum cuius executionem petit.
Vel si de danno emendando loquitur, probare debet datum esse datum.
12 Testes in probanda scriptura si deponunt de presentia sua quando scripta fuit, requiritur etiam comparatio litterarum, si verò deponunt etiam de contentis in ea soli sufficiunt. 13.
Sicq. Bartolus, & Imola conciliantur per Cornueum. 14.
15 Comparatio non dicitur probari legitime per testes non electos ut peritos ad eam faciendam.
16 Testes dicentes habere notam manum eius qui scripsit, nec plene nec semiplene probant.
Nec testificari dicuntur sed iudicare. 17.
Sicq. iudicatum fuisse testatur Grama. 18.

- 19 Notarij attestationsi statuitur in his, que pertinent ad eius officium.
Quod declaratur. 32. 33.
20 Instrumento releuato in publicam formam stari debet.
Licet matrix non inueniatur nam dicitur verum originale.
Tantò magis si reperitur registratū in memoriali. 21
22 Registrum bene rentum fidem facit.
23 Archiuum publicum fidem facit.
24 Comparatio scripturæ publicæ cum alijs scripturis publicis eiusdem solam fidem facit.
Secus in scripturis priuatis. 25.
Et idem in eis ex statuto Ferraria de scripturis priuatis.
26 Loca subiecta reguntur statuti ciuitatis dominantis.
27 Scriptura nec ex filicia nec ex aliquo libro notarij extracta sed ex alijs scripturis separatis non debet reputari pro imbreuiatura illius notarij, & quare. 31.
28 Testis approbatus à partibus solus plenam fidem facit. 29.
30 Voluntas verbis & factis declaratur.
33 Notario statuitur circa diem, mensem & similia: secus in his, que pertinent ad partes.
34 Notarius nullam fidem facit de commissione sibi facta, & auctoritate concessa leuandi instrumenta alterius.
Sed aliter fieri debet fides de dicta commissione.
35 Assertioni alicuius non statuitur super eo de quo se idoneum facit, qui aliàs non erat.
36 Argumentum à comuniter accidentibus validum est.
37 Argumentum à consuetudine notariorum. 40.
38 Consuetudo notarij debet attendi circa prothocolli.
Eiq. sicut matri debet haberi reuerentia. 39.
40 Scriptura non reputatur prothocollium, quando dicitur ex ea leuatum instrumentum, si non habet in ea leuatum, vel extractum.
41 Rogitus requiritur ad valorem instrumenti, vel prothocolli.
42 Prothocollium debet habere omnia, quæ publicum instrumentum.
43 Rogitus notarij arguitur, si asserat se fuisse rogatum.
Vel dicat publicasse. 44.
Aut scripsisse. 45. 48.
Dummodo in quinterno rogationum scriptura reperitur. 46. 50.
Sicq. communiter tenetur. 47.
Vel si dicat, ego Petrus scripsi &c. 48.
48 Rogitus presumitur propter dictionem &c.
Vel si dicatur presentibus testibus &c. 49.
51 Inuocatio diuini nominis apposta in vno instrumento in filicia censetur in alio instrumento in eadem filicia posita repetita.
52 Dies, mensis, vel annus in vno instrumento, non intelligitur in alio repetitus, cum sint variabiles.
53 Rogitus uniformis est, & ideo censetur repetitus.
54 Negatiua probatur ex inspectione scripturæ, ubi quid non reperitur.
55 Rogitus non presumitur cum sit solennitas extrinseca.
Que sententia communis est. 56.
Et magis communis. 57.

Consue-

- 58 Consuetudo debet attendi, que magis communiter est obseruata.
Et specialis probari debet persone de qua agitur non aliarum personarum. 60.
Et in casu de quo agitur. 61.
Cuius exempla dantur. 62. 63.
59 Instrumentum ex defectu rogatus impugnat. 67.
62 Consuetudo alienandi castra per Principem quomodo probanda sit.
64 Rogitus non est necessarius in testamento nuncupatione.
Si notarius non interueniat in eo alioquin secus. 67.
Et in eo Soc. Iun. & Afflic. taxati. 79.
Sicq. passim loquuntur Doctores. 68.
65 Testamentum valet interrogato testatore per verbum sic à notario.
Que fuit sententia Glo. communiter recepta. 73.
Sed procedit dummodo prius testator notarium rogauerit de testamento celebrando. 74. 76. 77.
Vel Bal. & Io. Andr. voluerunt. 78.
69 Testandi in scriptis modus valde periculosus est.
Tandemq. defecit vnum conditum per solennem Doctorem. 71.
Eiusq. formam describit Rolan. à Valle. 72.
70 Testamentum in scriptis corruerit si vnus ex testibus moueretur ante illius aperturam.
75 Rogitus notarij expressus, factus, vel tacitus sufficit.
80 Solennitas extrinseca presumitur ex diuturnitate temporis.
Vel rogitus notarij. 82.
Tractatus, & consensus capituli. 83.
Que conclusio procedit non apparente scriptura, ex qua defectus solennitatis delegatur. 84.
Alioquin secus. 85.
Vel quando imperfecte, & inepto modo fuit expressa solennitas. 90.
81 Solennitas extrinseca vs presumatur, quantum tempus requiratur.
86 Citatio non presumitur ex antiquitate temporis, ubi per inspectionem actorum constat de eius defectu.
Et est opinio magis recepta. 87.
Maximè ubi actus annexi solet cum ipso instrumento. 88.
90 Felinus in c. sicut, de re iudic. declarat Castrensensem. confil. 50. col. penul.
91 Citatio que requiratur ad eius perfectionem.
92 Rogitus imperfecti exemplum.
93 Prothocollium requiritur signum Notarij.
Sed an leuari possit ex eo instrumentum per alium notarium. 94.
Cynus quod sic, sed auctor contra. 95.
Nisi specialis commissio notarij intercesserit. 96.
Que sententia magis communis est. 97.
Et que declaratur per Alexandrum. 98.
99 Notarius ex commissione generali leuandi instrumentum alterius non potest leuare ex scriptura non repta in libro, sed in folio separato, Nisi specialis commissio sibi deur.
100 Prothocollium cancellatum in partibus substantiabus fidem non facit.

Tanquam suspectum, nisi aliter comprobetur.
101 Instrumentum rasum in loco suspecto fidem non facit plenam nec semiplenam.
102 Institutio cancellata facit, quod cetera partes videntur.
103 Cancellatio in testibus facta reddit scripturam suspectam.
104 Instrumentum leuari potest ex abreuiatura, quando fuit in mundum recepta, & in ea nullum adest vitium.

CONSILIVM CCIX.

Auxilium meum à Domino.

GREGIVS vir Iulianus de Agazzanis vigore fideicommissi positi in testamento quondam Baldassaris de Agazzanis celebrato de anno 1502. 24. Septembris, rogato per quondam ser Ludouicum Cocapanum, & manu sua in publicam formam releuato, proposuit petitionem contra Marcum de Bellentanis, intendens sibi relaxari quedam bona dicto fideicommissi subiecta, tenta & possessa per dictum Marcum, tandemq. in processu productum fuit pro parte dicti Marci quoddam assertum prothocollium dicti ser Ludouici sub eodem anno, mense & die testamenti dicti Baldassaris diuersum circa fideicommissum, ut infra dicitur, à dicto testamento per d. Iulianum productum, & subinde orta questione, cui magis standum foret, & an id quod productum fuit per dictum Marcum esset prothocollium, & originalis matrix testamenti dicti Baldassaris. Pretor Carpi, coram quo lis capta fuit, pronunciauit id quod productum fuit per dominum Marcum fuisse ac esse prothocollium, à qua pronuntia dictus Iulianus appellauit, & tandem causa commissa fuit Magnifico Consilio iustitiæ non modo super dicto articulo, verum etiam super negotio principali. Vnde de duobus videndum est, primo super appellatione & articulo appellationis, secundo super meritis.

IRCA primū, tametsi pro parte dicti Marci fuerit oppositum non deuoluere, cum à mera interlocutoria non detur appellatio, tam de iure communi, quam municipali, prout latius in processu, tamen non insitendo super non necessariis, dico breuiter, appellationem d. Iuliani deuoluere per quandam consequentiam venit ad decidendum negotium principale, tunc non mera interlocutoria dicitur, sed habet vim diffinitiuam; cum ex ea sequatur decisio negocii principalis, & exemplum in sententia super exceptione peremptoria, puta, solutionis, præscriptionis, vel pacti de non petendo, quia si pronunciatu ralem exceptionem obitare, excluditur petens, & sic diffinitur in consequentiam intentio sua principalis. † idem in sententia; quæ fertur super peremptione instantiæ in causa appellationis;

lationis; quia per quandam consequentiam diffinit negotiū principale per primam sententiam decimū. † Cum per talem sententiam, lata in prima instantia firma maneat. Ita tradit Imola in l. si finita §. non autē. col. 2. ff. de verb. oblig. Bald. in l. prima. col. 5. uer. denud querro C. quando pro. per l. intra uile ff. de min. Alex. in rubr. ff. de re iudi. Bero. cōf. 101. nu. 13. vol. 3. Spec. aur. in 3. par. 6. partis q. 1. ff. nu. 44. 6 Rip. i. l. quod iussit. nu. 27. ff. de re iud. † Et ideo quia in prædictis casibus sententia habet uim diffinitiuā, meritò datur appellatio, prout in superiore exemplo de sententia lata super defertione appellationis tradit Bald. ita seruari dicens in l. 2. columna si. C. de epif. audi. quem sequitur Corn. conf. 14. uol. 4. & Spec. aureū in prima parte §. partis iudicii nu. 26. sed in casu nostro talis sententia (prothocollum esse dicti ser Ludouici id quod per dominum Marcum productū est) per quandam cōsequentiā diffinit negotium principale, ergo habet uim diffinitiuā, & ob id est appellabilis. † Probatum assupum: quia si est prothocollū, & matrix testamēti dicti Baldassaris, cum differat in substantialibus ab hoc testamento releuato in publicam formam, scilicet in substitutione, in qua tota uis cōsistit, standum est dicto prothocollo tanquam originali, non autem huic transumpto, ut est glo. & Ang. post eam in §. si. in auct. de ta belli. Bar. Castr. & alii in l. Sempronius. ff. de leg. 2. Bald. in l. Imperator. in prima lect. ff. de stat. hom. Bar. in l. si quis ex argentariis §. prætor. ff. de eden. & in l. si librarius. nu. 10. ff. de reg. iur. Lanfr. in c. quoniam cōtra. ff. de proba. in ver. instrumentorum produções. nu. 27. & post eum Dec. in 10. not. in si. latē Gramat. conf. 65. casus. ciui. nu. 22. Socin. conf. 227. col. 4. uol. 2. Dec. in c. cum venerabilis. notabil. 8 11. de excep. † Nam quando differt instrumentum à prothocollo, nō creditur ei, Celsus Vgo conf. 106. nu. 5. Quo fit, si standū est dicto prothocollo, hunc Iulianum excludi ab hac hereditate, & sic in consequentiam etiam diffiniri negotiū principale, meritò uelut, quod habeat uim diffinitiuā talis pronuntia, debet ab ea appellari posse. 9 † Confirmaturque, nam statutum nostrum prohibens appellationem ab interlocutoria debet intelligi de mera, non autem de habente uim diffinitiuā, iuxta not. per Imol. & Alex. in d. l. 5. in prin. ff. de uerb. obl. † nec immeritò: quia statuta, quæ prohibēt appellationē uelut odiosa, stricte debent intelligi, ut not. Bar. in l. 2. C. quor. appell. & cōf. 165. in quæstione. Ang. consilio 107. Jacob. & Lucas, Dec. in l. pen. col. si. C. pañ. & cōf. 49. Specul. aur. in 2. adu prin. nu. 356. meritò dubium non est, quòd hæc appellatio deuoluit. Venio igitur ad secundum dubium, in quo Iuliano agēti primò ostare uideretur. Nam cum nitatur testamento dicti Baldassaris per eum productū; quod dicit esse rogatum & scriptum manu dicti ser Ludouici Cocapani, primò con-

stari debet id esse scriptum manu dicti notarii ex eo, quod tradit Bar. in l. diuus ff. de testam. mil. † ubi dicit, quòd si statutum loquitur de instrumento exequendo, uel de damno dato emēdando, prius apparere debet quòd sit instrumentum, uel damnū datum; & idem not. Bar. in l. prima §. & parui. col. prima ff. quod ui aut clā, cum aliis per Alexand. consilio. 33. col. prima vol. primo, decif. Neap. 21. nu. 14. & 283. i. prin. Dec. conf. 410. num. 7. & conf. 198. 458. in princ. dominus meus Rimin. conf. 89. nu. 2. Ripa in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudi. & Craue. cōf. 6. nu. 72. & in terminis ponit Alex. cōf. 97. col. 3. conf. 166. col. 2. & conf. 198. uol. 7. Rolan. à Valle conf. 32. nu. 14. uol. 2. sed istud non uidetur satis sufficienter probari, ex eo quòd testes dicant, id esse scriptum manu dicti ser Ludouici; quia est simile literis aliarum scripturarū, quæ sumiter tenentur esse scriptæ per eū. 12 † Quoniam quando uertitur controuersia, an aliqua scriptura sit manu alicuius cōfecta ultra comparationem requiritur, quòd testes probēt esse scriptam manu illius: quia fuerunt presentes, & uiderunt illam scribi per illum, de quo agitur. Ita tradit Bar. in aut. & si contractus. C. de fid. instr. & in scripturas. C. qui pot. in 13 pig. † cuius opinio saltem procedit, quando testes de præsentia tātū deponerent; licet quādo deponerent etiā de contentis in scriptura, de qua agitur, soli sufficerent testes absque comparatione, secundum Imol. in l. nuda, col. si. ff. de donat. & in c. 2. de fid. instrum. † quem sic intelligit, & cum Bar. conciliat Corn. conf. 58. col. 2. uol. 3. cum aliis per Dec. cum ualatis in d. c. 2. nu. 1. in si. hic autem testes neque de præsentia, nec minus de contentis in dicta scriptura deponunt, ergo non uideretur benè probari, quod istud instrumentum testamenti, quod producit tanquam scriptum, & rogatum à dicto ser Ludouico, fuerit manu sua scriptū, & per eum rogatum. 15 Confirmatur, nam dicti testes non sunt periti nec electi fuerunt per Iudicem ad faciendum comparationem, nec iurarunt tanquam periti, sed tāquā testes, meritò per eos nō dicitur fuisse legitime comparatio probata, ut pulcrè declarat Rui. cōf. 79. col. 3. uol. 4. Paris. cōf. 55. col. 2. uol. 4. dixi conf. 29. num. 53. † Nec insuper probant plenè, uel semiplenè, quòd dicant habere notitiam scripturarum dicti notarii, & manus suæ, quia uiderunt eum scribere sapius ut plerique tenent dicētes, quòd testes sic deponentes decipi possunt ex literis per alium contrafactis ad omnimodam similitudinem 17 manus illius, de cuius scriptura tractatur; † tali que modo testes deponentes non dicuntur testificari, sed iudicare, ita Innoc. & Doct. in c. cum causam, de testibus, Bar. in l. 1. C. de usur. doct. in l. admonendi, ff. de iureiur. Abb. & Dec. in c. 2. de fid. instrum. Corn. conf. 58. uol. 3. Alex. conf. 76. col. 2. vol. 3. Dec. conf. 615. col. 2. Rui. conf. 131. in si. uol. 1. conf. 193. in si. uol. 2. conf. 12. nu. 8. vol. 3. conf. 79. col. 2. vol. 4. decif.

decif. Neap. 181. ad si. Bertrand. conf. 140. uol. 182. Soc. Iun. conf. 57. col. pe. nu. 18. uol. 2. † & plenè Gramma. decif. 84. qui dicit ita fuisse decisum, pleniusque confirmari conf. 29. nu. 49. unde dictus Iulianus uidetur deficere in principali fundamento suę intentionis.

Secundò contra eum facit, nanque fundata uidetur intentio partis aduersę ex instrumento per eam producto tanquā prothocollo testamenti dicti Baldassaris, id enim ser Io. Baptista Ciarlinus notarius Carpensis attestatur extraxisse ex rotibus & imbreuiaturis dicti ser Ludouici, nihil addendo, uel minuendo, ex qua attestazione iam constare uideretur id esse prothocollum dicti ser Ludouici, † tali que attestazione omnino uideretur standum, cum sit super his, quæ ad eius officium pertinent; quo casu statur dicto notarii, ut tradit Bar. in d. l. si librarius, & in l. 2. §. si qs neget. ff. quemad. test. aper. Alex. conf. 104. in causa correctionis. col. 2. vol. 2. Gramma. in dicto cōf. 65. nu. 18. cum si mil. unde cōf. 104. id sit prothocollum, & appareat discrepantia inter illud & testamentum à dicto Iuliano productum, illi non huic est standum, secundum Bar. & alios in dicta l. Sempronius, cum aliis supra deductis, & sic per illud uidetur excludi dictus Iulianus.

Istis tamen non obstantibus contrarium de iure dicendū existimo: quoniam imprimis fundata reperitur iuentio huius Iuliani ex instrumento publico testamenti dicti quondam Baldassaris per eum productū; in quo apparet ipsum uocari ad fideicommissum, cum sit de propinquioribus masculis de cippo & familia Agazanorum, ut in eo dicitur; ad quos uoluit testator hereditatem suam peruenire post Antonium & Cesarem institutos; & eorū filios masculos, huic enim instrumentum sic releuato in publicam formam stari debet, quamuis in imbreuiaturis dicti ser Ludouici non inueniatur matrix & originalis scriptura; quia ex quo per notarium redactum est in mundum, ipsum est uerum originale. Ita tradit Bald. post Nicol. de Matar. in rub. C. de fid. instr. col. 6. quem refert & sequitur Paul. de Castr. conf. 230. dubitatur primò, an Comes Palatinus. in 9. dubio, latiusque Rui. conf. 215. nu. 17. uol. 1. Cagnol. in l. si librarius col. pen. in si. ff. de re. iuris, & in terminis huius casus Cephal. conf. 238. nu. 3.

† Secundò tanto magis fides huius instrumenti corroboratur; quòd reperitur registratū de uerbo ad uerbum, ut iacet in memorialibus Carpi, ut in facto supponit, quo casu illud registrū fidem facit sicut originalis scriptura, ut tradit Paul. de Cast. in l. publicati, nu. 5. C. de testam. & magis in terminis Innoc. i. c. 1. de procurato

22 r. † ubi dicit; quòd ista registra si sunt benè custodita, & inueniantur in archiuis autenticarū personarū; puta eorum, qui habent potestatem autenticas scripturas faciendi, fidem faciunt, quod in casu nostro benè contingit, ubi manu

publici notarii reperitur facta dicta registratio; & benè custoditum reperitur dictum registrum. † & idem Craue. conf. 274. nu. 6. ubi ad inducendum fidem scripturę ponderat, quòd sit in archiuo publico, & etiam quòd fuerit in facto obseruata, quòd in casu nostro conuenit; ut patet ex diuisione, & compositione productis in causa, & cum per dictis etiam concordat Cephal. in dicto consil. 238. confirmans hoc ex statuto Ferrariæ de fid. adhib. quo cauetur, eam fidem esse adhibendam registro, quæ instrumentis originalibus adhiberetur.

Non obstant adducta in contrarium. Et primò, quòd cōstare debet hoc instrumentū fuisse scriptum manu dicti ser Ludouici, quòd nō constat. † quia coram Prætorē Carpi, ut in facto supponitur, facta fuit comparatio huius instrumenti cum scripturis, quæ sunt pro certo dicti ser Ludouici, & reperit uarietates literarū conuenire. Ita quòd ex dicta comparatione licet sola surgit plena fides, & probatio ita in terminis instrumenti alicuius testamenti quòd reuocatur in dubium, an sit scriptum manu illius, de quo dicitur, tradit Bar. in l. 2. §. si quis neget, col. 2. ff. quem. test. aper. per l. si quis decurio C. de fals. † superius uerò dicta procedunt in scriptura priuata, sed & in sola comparatio sufficeret uirtute statuti nostri de scripturis priuatis, quòd & in terra Carpi seruatur, uigore literarum Ducalium; de quibus in principio statutorum nostrorum, quibus cauetur, ciuitates & castra Principis eminentissimi nostri in subsidium regi statutis Ferrarię † quòd & de iure communi cauetur; quòd loca; quæ non habent particularia statuta, regantur statutis ciuitatis dominantis. §. si. iuncta glof. instit. de satisf. Soc. conf. 81. vol. 1. conf. 128. vol. 4. cū similibus in causa per Cephal. in dicto consil. 238. nu. 6. quibus addo Cacial. in l. omnes populi, nu. 9. in si. ff. de iust. & iur. dominus meus Rimi. conf. 9. conf. 72. conf. 361. in fin. & conf. 575. nu. 7. Gratus resp. 11. nu. 12. uol. 2. Ias. in §. rursus. nu. 40. Instit. de actio. Crot. in dicta l. omnes populi. nu. 15.

Non obstat etiam, dum dicitur, instrumentū ex aduerso productum fuisse extractum ex rotibus, & imbreuiaturis dicti ser Ludouici, prout testatur ille Ciarlinus, cuius dicto standū est, ut dictum fuit, quia id posset in dubio procedere, & alio non apparente, at secus in casu nostro; quia ex testificatu domini Marci de Nobilibus, penes quem scripturæ dicti ser Ludouici remanserunt, & qui fuit ille, qui dictam scripturam dedit dicto Ciarlino, † constat, quòd non erat in aliqua filicia, neque in aliquo libro, sed erat inter alias scripturas in quodam serineo, idemque repetit examinatus pro parte aduersa, † & ob id cum communi consensu fuerit à partibus approbatus, plenam fidem facit, licet solus in hoc deponat, iuxta not. per Spec. in titulo de teste. §. restat de numero testimonium.

stium. col. 3. in fi. Angel. in l. pactum inter haredē, in fi. ff. de pact. Alex. Croc. & alii moderni in l. 1. §. in. ff. de verb. oblig. Iaf. in l. iusurandum, quod ex conuentione. in prin. col. 2. ff. de iureiurando. Craue. conf. 100. in fi. D. meus Rimi.
 29 conf. 84. nu. 10. & conf. 164. nu. 11. † vbi concludunt; quod de consensu partium fieri potest; ut unus testis plenam fidem faciat, quod & in casu nostro satis factum dicitur; ex quo vtraque pars
 30 eum produxit in testem. † quia non refert, an verbis, an facto voluntas declaretur. l. reprahēdēda. cum ibi notatis C. de instit. & substitutio. si enim neque in filcia, neque in aliquo libro inuenta est dicta scriptura sequitur, quod non fuit habita, uel reputata pro imbreuiatura à dicto ser Ludouico, tantoque magis, quia duplex modus reperitur seruari apud notarios tenendi imbreuiaturas, uel in filciis, uel extra filcias in libris, ut tradit Bar. & alii in l. si quis ex argētariis, §. si initium. ff. de eden. & Soc. conf. 277. col. 2. circa fi. uol. 2. & etiam deponit testes;
 31 † quia quādo neutro modo reperitur scriptura; signum est, quod notarius non curauit eā custodire, ex quo ita separata reperitur, merito cum neutro ex dictis modis inuenta sit, pro imbreuiatura notarii sumi non debet.
 Nec obstat, quod dictus Ciarlinus affirmet, illam esse imbreuiaturam; quia in hoc sibi credit non debet; cum sit extra pertinentia ad officium suum. † si enim ipse fuisset rogatus de hoc testamento sibi benē crederetur attestanti, quod esset imbreuiatura, & originalis scriptura, & ita loquuntur superius adducta, sed ex quo nō fuit rogatus, ad ipsum pertinet tantum attestari de releuatione facta per eum, non autem, quod illa scriptura, uel aliq̄ essent imbreuiaturę dicti notarii. quia nō potest scire, an dictus notarius illam scripturam pro imbreuiatura habuerit
 32 vel non, † ut in simili ferē casu tradit Bart. in l. si librarius, nu. 13. ff. de reg. iur. ubi dicit standum esse notario in his, quę pertinet ad ipsum uelut circa diem, mēsem & similia, secus circa ea, quę pertinent ad partes. quia licet constet, quod sit erratum, nō tamen scit notarius, quid habeat ponere; sic enim & in casu nostro, non est standum huic Ciarlino, quod dicta scriptura, unde extraxit dictum testamentum, esse rogatus, & imbreuiatura dicti ser Ludouici; quia nescit an ille ser Ludouicus reputauerit eam pro imbreuiatura; quia de facto suo non alieno debet testimonium reddere, & maxime de
 33 quo est incertus. † Præterea considerandum est quod dictus Ciarlinus nullam fidem facit de commissione & auctoritate sibi concessa leuandi dictum instrumentum, quæ tamē de substantia requiritur ut cōmuniter notant scribētes in c. cum P. tabellio, de fid. instrum. quod adeo procedit, etiam si notarius asserat sibi fuisse datam commissionem à tali magistratu, non autem statur eius asserioni, sed aliter fieri debet fides de ipsa commissione, ut Alex. tradit

conf. 187. col. fi. uol. 6. Rolan. à Val. conf. 44. 35 nu. 27. uol. primo, & conf. 26. nu. 17. uol. 3. † & præter eos confirmatur, nam ad probandum, quod quis sit habilis, & idoneus, qui aliās non erat, nō statur eius asserioni. ut per Bar. in l. decē col. 2. ff. de verb. oblig. Alex. conf. 64. in fi. uol. primo, Aret. in c. propofuisti. col. 3. de probat. in c. cum causam. col. 5. de testi. & conf. 50. in fi. Cur. conf. 55. nu. 9. Marf. in pract. crim. §. diligenter, nu. 84.

Secundò respondetur; hanc scripturam pro
 36 imbreuiatura sumendā non esse † sumpto argumento à communiter accidentibus; quod concludit in materia probationum; ut tradit Bal. in c. fi. de caus. poss. cum aliis per Alex. Iaf. Dec. & alios in l. non hoc. C. unde legi. Dec. in c. in præsentia, nu. 24. de probat. cōf. 184. nu. 7.
 37 & consilio 596. in fi. † Et ita à consuetudine notariorum arguit Bar. in d. l. si librarius, Imol. in c. fi. de fid. instr. Soci. plenē conf. 277. col. 2. in fi. uol. 2. Bar. Castr. Alex. Soc. Iaf. & omnes in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth. Gabriel. Roman. lib. 6. de consuetud. cōclus. 2.
 38 num. 59. † Et in terminis prothocolli; quod debeat attendi cōsuetudo notarii, ponit Berol. conf. 129. num. 12. vol. 2. nec immeritò: quia magna vis est consuetudinis, quæ est fortior statuto, ut scribit Calcan. consil. 3. colum. 12. & Crauet. in trac. de antiq. tempo. in prin. nu. 39. Rolan. à Valle conf. 69. nu. 62. vol. 3. & plenius confirmauit consil. 51. col. 2. post Connam in
 39 commentariis iuris ciuil. lib. 1. c. 10. † nunc addens tantum, quod consuetudini sicut matris debet haberi reuerentia, ut dixit Bald. conf. 9. col. 2. & consil. 318. vol. primo, sequitur Rolan. à Valle conf. 55. num. 16. vol. 3. † Sed per testes probatur, consuetudinem notariorum Carpensum fuisse, quod quādo releuant in publicam formam aliquod instrumentum, solent apponere extractum, uel leuatum in scripturis, unde summunt. Et ita Ciarlinus de consuetudine dicti ser Ludouici testatur, & in hac scriptura ex aduerso producta hoc non reperitur, & tamen Iulianus habet instrumentum releuatum dicti testamenti Baldassaris, ergo illa non est prothocolli, aliās aliquod ex dictis verbis, uel aliud equipollens haberet.

41 † Tertio fides huius scripturæ ex aduerso productæ deficit; quoniā requiritur rogatus ad ualorem instrumenti, uel prothocolli. §. nos autem in authentico de tabell. & ibi not. Ange. & alii. Canon. in c. cum P. tabellio. de fid. instr. Alex. consil. 152. col. 2. vol. 2. & tradit Ioan. Andr. in
 42 addi. 3. ad Specul. de instr. edi. † dicens, quod prothocollum omnia debet habere, quę publicum instrumentum, sequitur Dec. consil. 447. nu. 5. Craue. latē conf. 216. nu. 5. Anch. consil. 332. col. 1. Guid. Pap. decis. 19. num. 2. & confirmat Cephal. d. conf. 238. nu. 14. statutis notris Ferrariz; de quibus per eum, atque idem firmat Curt. Iun. conf. 201. col. 2. & conf. 319. nu.

43 nu. 1. † hic autem rogatus arguitur ex aliquibus; puta, quod notarius id asserat; tunc enim sibi creditur; ut tradit Angel. in repe. l. sciendum nu. 15. ff. de verb. oblig. Alex. conf. 109. eximie doctor. col. prima, in fi. uol. secundo, Butr. Abbas & Dec. post Fel. in c. primo, de fid. instr. nu. 20. & idē Dec. plenē conf. 11. num. 15. decis. Neapol. 245. nu. 9. Iaf. conf. 137. nu. 5. uol. 4. † vel quod dicat publicasse, cum publicum instrumentum conficere non possit, nisi fuerit rogatus;
 45 † vel ego notarius scripsi, non adiecto uerbo rogatus, † vel publicauit, dummodo in quinto rogationum, uel instrumentorum reperitur scriptura; de qua queritur, ut tradit Bartol.
 47 Ang. Alex. † & alii cōmuniter in dicta l. sciendum, ut ibi Iaf. testatur. Butr. Abb. Fely. & Dec. in d. c. primo, Fely. in c. scut. col. penul. uers. intrinseca, de re iudic. cum aliis per Nicol. Boer. decis. 35. col. fin. Berol. consil. 92. col. 6. vol. 3.
 48 † vel quia sit dictum, ego talis, puta Petrus scripsi &c. Nam propter illam dictionem &c. præsumitur rogatus; ut per Alexandrum conf. 48. col. prima, uol. 5. Barb. consil. 32. col. sexta, uol. primo, pulcrē Card. Zab. cōf. 133. & primò ad primū dubium. col. prima, Boer. in allegata
 49 decis. 35. col. fin. † quibus accedit, quod tradit Bald. in l. hac consultißima, in principio C. de testa. Fely. in c. cum P. tabellio. nu. 10. vbi si in instrumento dicatur, præsentibus testibus &c. præsumitur rogatus. Alex. conf. 14. col. fi. uol. 6. Ruin. conf. 154. col. fin. uol. tertio, Andr. Sicul. conf. 32. col. 5. uol. primo, Fely. in c. cum P. tabellio. col. 4. de fid. instr. Galliaul. in l. Gallus. Sidem credendum. col. pen. post Iaf. ff. de lib. & posth. † vel quia talis scriptura reperitur in libro prothocolli, & rogationum suarum, cum inticulatione præmissa in hūc modum. Quater num rogationū mei notarii, uel id genus; quia tunc ille rogatus intelligeretur repetitus in dicta scriptura, & aliis ibi contentis, ut per Bart.
 51 conf. 163. queritur loco citato, in fi. † & confirmatur ex notatis per Rui. conf. 159. nu. 10. uol. 4. quod inuocatio diuini numinis apposita in uno instrumento apposito in filcia intelligatur repetita in alio instrumento posito in eadem
 52 filcia, cum sit vniformis dicta inuocatio, † licet esset secus in appositione diei, mensis, uel anni, qui sunt variabiles, de quibus Bartol. Angel. & Doct. contrarium uolunt in l. si quis ex argētariis. §. si initium ff. de eden. † sic enim & de rogatu, qui vniformis est, ut intelligatur repetitus in aliis scripturis in eodem libro, uel etiam filcia positus, vbi deficit ad oculos, his uerò
 53 cessantibus, prout in casu nostro cessant. † ex inspectione scripturæ, ex qua hæc negatiua probatur, iuxta not. per Bar. & alios in l. fi. C. de reb. cred. per Dec. in c. quoniam cōtra, de probat. Rip. in l. si constante, nume. 20. ff. sol. matr. Bar. Alex. & Iaf. in l. Titia. textores. ff. de leg. 1. Alexand. conf. 55. uol. 4. Rip. in c. cum ecclesia nu. 83. de causa poss. & pro. Gramma, decis. 59.

nu. 16. Dec. conf. 561. num. 8. Paris. cōf. 136. col. fi. nu. 4. Craue. cōf. 138. nu. 5. cum similibus per Herculanum in tract. negatiua, num. 168. vbi infert ad multa, de quibus per eum, quibus
 55 addo Cephalum conf. 350. num. 3. † rogatus non præsumitur l. quæcunque. §. si. ff. de publicia. cum sit solennitas extrinseca, quę non præsumitur, ut tradit Bar. & ceteri in d. l. sciendum;
 56 Alex. in dicto conf. 152. col. 2. † qui dicit esse communem Innocent. Abb. Imol. Fely. & Dec. qui dicunt esse cōem in d. c. primo. nu. 20. de fid. instr. latē Boer. in d. decis. 35. col. fi. qui pari modo dicit, quod ista est communis sententia, Alciar. de præsump. nu. 3. præsum. 13. in fin. & infinitos allegat Curt. Iun. consil. 201. nume. 7.
 57 † qui dicit hanc esse magis cōem opinionem, Nec in contrarium quicquā faciunt prothocolli & originalia plurium notariorum defunctorū, & uiuentiū producta ad validandam hæc subscriptionem, quia si benē inspiciantur subscriptiones illorum notariorum corroborant uerius opinionem Iuliani, quam infirmat, cū in eis, uel fiat mentio rogatus, uel notariatus, & sic officii, & licet inter illas subscriptiones reperitur vna ser Leonelli Cocapani; & altera ser Orlandi Adrouandi dicentes simpliciter. Ego Leonellus Cocapanus, ego Orlandus Adrouandus, & nihil ultra, de ipsis tamen non est curandum, cum ex aliis numero longē pluribus appareat plerūque, & ut in pluribus obseruatum fuisse, quod notarii se subscriberent non ita simpliciter, sed facta mentione officii, uel rogatus, aut
 58 cum dictione &c. † Unde dēt attendi quod magis cōiter obseruatum fuit, Nam ex eo, quod plerumque factum fuit, consuetudo inducitur, uel not. Bar. in l. de quibus. col. 6. uers. item quero, quid si intra decennium, ff. de legibus, & ita proprie in rogatu notarii arguit Dec. in dicto
 59 consil. 11. nu. 12. uers. sic. secundò responderetur. † Unde ex prædictis deficit rogatus in hac scriptura, nescio uidere, quæ nā fides sit ei danda; & ita ex defectu rogatus notarii latē instrumentum impugnat Alexander conf. 38. uol. 7. Rube. conf. 35. in fi. Craue. conf. 117. nu. 3. qui
 60 in instrumento testamenti loquuntur, † Præterea non sufficit probare consuetudinē generalem aliorum notariorum; sed debet probari consuetudo specialis illius notarii, qui fuit rogatus, de instrumento; de quo agitur, ut in notario & eius imbreuiatura proprie tradit Crauet. conf. 34. num. 5. post Anch. Alex. & dominum Baptistam de santo Blas. quos citat.
 61 † Idque confirmatur, nā consuetudo nō dēt probari generaliter, sed specialiter in casu, de quo agitur, ut per Craue. conf. 96. nu. 4. & benē facit, quod tradit Ripa conf. 25. nu. 15. secunda. par.
 62 vbi dicit. † Quod licet ualeat cōsuetudo, quę principes possint alienare castra inuitis hominibus, tamen non sufficit probare, quod domini sint soliti alienare castra sua, nisi et̄ pbetur; quod alienauerint inuitis hominibus. † Hinç & Craue. Hippol. Rim. Tom. 2. Mm conf.

63 col. 241. col. 13. ver. secundum respondeo, dicit; q non sufficit pbare consuetudinē specialem, & particularem, q Princeps consueuerit alienare loca de dominio nō oblatibus quibuscunque conuentionibus, nisi probetur; quod homines ita secū cōuenerunt, sequit Rol. à Valle col. 53. nu. 41. uol. secundo, ergo pariter in casu nostro consuetudo particularis notarii, de quo agitur circa illius prothocola probari debuit.

64 † Minus etiam stringit si diceretur, hic agi de testamento nuncupatiuo, in quo dicitur solet non esse necessarium rogatum notarii, ut videtur de mente Afflicti decif. Neap. 143. quem refert Soci. Iun. confil. 178. nu. 12. uol. secundo, impugnat enim Afflictus testamentum in scriptis: eo quia non apparet, notarium fuisse rogatum, quando testatorem interrogauit, si uolebat, quod testamentum, quod in sua manu tenebat, esse suum testamentum; † licet enim glo. in l. iubemus. C. de testam. uelut testamentum ualere per uerbum sic, interrogato testatore, tamen (inquit Afflictus) id procedit in nūcupatiuo, at secus in celebrato in scriptis. inde ergo sentit, nuncupatiuum rogatum notarii non requirere. Vnde in proposito nostro esto, quod in hac scriptura de rogatu non appareat, non per hoc est nulla, cum sit testamentum nuncupatiuum,

65 vt in ea dicitur. † Quoniam responderetur, uerum esse rogatum notarii non requiri quod ad hoc; quia coram 7. testibus absque notario testator potest uoluntatem suam declarare. §. fin. instit. de testam. Et qui sufficiunt ad faciendam fidem de casibus si notarius interueniat ad scribendum & publicandum illam uoluntatem, utriusque non uideo, quod iura aut Doctores dicant, non esse necessarium eius rogatum, † immo contrarium dicunt, dum saepe impugnant eius scripturam, & instrumentum testamenti ex defectu rogatus, prout in testamento signanter arguit Alex. in d. confil. 152. col. 2. uol. 2. per textum in §. nos autem. in authentico de tabel. & ibi not. Bar. & Ang. dicēs tabellionem semper esse debere rogatum, ut possit instrumenta conficere, & ita etiam ex defectu rogatus notarii arguit contra testamentum Alex. confil. 14. nu. 7. uol. 6. licet in fi. concludendo pro testamento respondeat, quod immo in eo aderat rogatus, ut ibi

68 per eum, † qui in dictis locis in testamento loquitur non magis in scriptis, quam nuncupatiuo. Parique modo Alex. confil. 38. uol. 7. Rube. confil. 35. in fi. Craue. col. 117. nu. 3. de testamento indistincte loquuntur, & tamen requirunt notarium fuisse rogatum ab ipso testatore. † Quinimmo uerisimile uideretur, q de testamento nuncupatiuo loquantur, cum modus testandi in scriptis quam sit periculosus ostendat Bart. in l. secunda, in prin. ff. quem. testam. aper. Veronē. cautel. 88. multi sunt qui, & Iaf. confil. 67. col. 1. uol. tertio. † qui dicunt, q si moreretur uiuote testatore, uel et post mortem ante tamē aperturā testamenti vnus de testibus, qui non posset re-

cognoscere suam subscriptionem, & sigillū, nō ualeret testamentū, † & ideo dixit Porti. in §. 1. col. 5. in §. de testam. Bartolū dixisse, q nūquam uidit aliquod testamentum in scriptis aptum, & solenne, nisi vnus, quod cōfectum fuit ab vno Doctore solenni, & tamē vltimō decidit ad interitum propter defectum solennitatis † refert Rol. à Valle col. 36. uol. primo, ubi deuictus amici præcibus describit formā talis testamenti in scriptis, q vltius non profequor ueluti non necessarium. † Nec allegata glo. in d. l. iubemus. contrarium sentit, namque illa glo. quæ est cōiter approbata, ut per Alex. Iaf. & ceteros ibi, & per Dec. confil. 489. col. pen. nō ita passim procedit, † sed sanè dēt intelligi, dummodo constet de uoluntate testatoris, q uellet testari; ut quia testator prius notarium rogauerit pro testamento faciendū; uel quia aliter uerbis declarauerit, q uellet testari, uel si ante interrogationem notarii factam testatori, scriptum fuit testamentum de uoluntate ipsius testatoris ab ipso notario, quibus casibus apparet de rogatu notarii expresso, uel scito & tacito, † qui etiam sufficit, ut ostendit Alex. col. 33. col. 4. uers. præterea si testes, & col. 5. uers. nec etiā alii testes. uol. 3. quæ refert & sequitur Soc. Iun. confil. 178. nu. 2. uol. secundo, unde apparet, quod illa communis opinio glossæ in dicta l. iubemus. præsupponit rogatum notarii, † sed si non apparet, quod testator uoluerit testari; quia neque notarium rogauit, nec aliter uerbis apparet, quod uoluerit testari; nec mandauerit scribi testamentum ante interrogationem notarii, tunc utriusque non ualet tale testamentum factum à testatore per uerbum sic, ad interrogationem notarii; quia in effectu de rogatu notarii non apparet uerè, uel scitè, ita declarat Corn. confil. 73. colum. penul. confil. 103. colum. penul. in fin. confil. 232. colum. 3. confil. 304. ad fin. uolum. primo, Socin. confil. 229. colum. 5. uolum. secundo, Craue. confil. 117.

77 † Et hanc opinionem etiam uoluit Bald. in d. l. iubemus. ubi dixit, quod illa glossa tunc est uera, quando interrogatio fit à tabellione adhibito & rogato à testatore ad scribendum uoluntatem suam, aliàs secus, quem Baldum refert Socin. in d. confil. 229. colum. penul. post princ. & Alexand. confil. 33. colum. 3. uol. tertio, circa fin. † & ante omnes fuit opinio Ioannis Andr. in addit. Specul. in titulo de testam. §. in primis. in addit. quæ incipit Pileus, prout refert Iaf. in dicta l. iubemus. in fin. & sic patet ex prædictis, esto quod illa glossa in testamento nuncupatiuo procedat; quatenus tamen sit interrogatio à notario, debet esse rogatus à testatore, secundum omnes, sic illam glo. declarantes. † Et propterea falsò Afflic. in dicta decif. 143. & Soc. Iun. in dicto confil. 178. dixerunt rogatum non requiri; quia omnes contrarium uolunt declarantes illam glo.

Vltius etiam non obstat si diceretur, quod stante

stante lapsu annorū quadraginta, & vltra à die huius instrumenti cōfecti, præsumi debet, hæc solennitatem rogatus interuenisse, † quia solennitas extrinseca ex diuturnitate temporis præsumitur secundum Bar. Ange. Alex. & alios in d. l. sciendum; & in l. qui in aliena, in princ. ff. de acqui. hæred. † & quando tractatur de præsumenda solennitate principaliter ad exclusionem alterius, tunc sufficit anni. 30. nendum 40. & vltra, ut hic, prout est text. secundum vnum intellectum, quæ extollit Imol. in c. peruenit. de empt. & vend. latè tradit Fely. in d. c. sicut, de re iudic. nu. 30. uers. secundum aduerte.

82 Soc. Iun. confil. 22. nu. 16. uol. primo, † sicque tradit in terminis Bero. confil. 92. num. 4. uol. 3. Vnde stante tanto cursu temporis præsumi debet hanc solennitatem rogatus interuenisse.

83 † simile epim uidemus in solennitate tractatus & consensus Capituli; quæ ex diuturnitate temporis præsumitur interuenisse, licet aliter de ipsa non appareat, ut tradit Anch. confil. 135. ex consiliis. Alex. confil. 79. in secundo dubio. uol. 1. latè Dec. confil. 36. col. 5. confil. 375. col. prima. & confil. 409. in princ. Gozad. confil. 112. col. 3. nume. 11. Cur. Iun. confil. 200. num. 31. & 84 col. 213. nu. 97. cum simil. † Quoniam ad hoc responderi potest, quod dicta conclusio communis; quod ex antiquitate temporis solennitas extrinseca præsumitur, procedit, quando non apparet scriptura; ex qua possit deprehendi defectus dictæ solennitatis; quia in factō antiquo tunc benè præsumitur, † sed si instrumenta, uel acta producantur, ex quorum inspectione apparet defectus solennitatis extrinsecæ, utique pro ea non præsumitur, etiam in factō antiquo propter euidentiam facti, quæ tollit omnem presumptionem contrariam; cum nulla sit maior probatio, ita Paul. de Castr. confil. 50. in causa, quæ uertitur. colum. 5. in antiquis.

86 † ubi in factō antiquo non uult præsumi citationem interuenisse; ex quo per inspectionem actorum apparet de eius defectu, & illud consilium Paul. de Castr. refert & sequitur Iaf. in l. prima, in 5. limit. C. qui admi. & ibidem Dec. nume. 7. in prima lectura, & 79. in tertia, Clau. Aquen. in d. l. sciendum. nu. 22. Do. meus Riminaldi. 461. nu. 13. & confil. 571. nu. 11. Alex. confil. primo, col. pen. uol. 4. & infiniti alii, quos citat

87 Soc. Iun. confil. 56. nu. 22. uol. 2. † ubi dicit hanc esse magis receptam opinionem, licet aliqui contrarium tenuerint, & cum prædictis etiam tenet Bursar. confil. 23. nu. 16. & in presenti casu Cephal. in allegato confil. 238. nu. 17. eū sequē. nos autem sumus in isto casu; quia per inspectionem huius scripturæ apparet, non interuenisse rogatum notarii, ergo per hanc euidentiam facti tollitur ista præsumptio, quæ insurgit ex diuturnitate temporis, † tantoque magis istud teneri debet, quia iste rogatus notarii simul cum ipso instrumento annexi debet, non autem de ipso solet fieri instrumentum separa-

tum, & speciale: tunc enim fortè secus esset, iux. notata per Fely. in d. c. sicut, nume. 33. circa finem, uersiculis si autem de solennitate, & quod tradit Dec. in d. consilio 409. num. 12. & Cephal. in dicto confil. 238. nume. 19. Et sic obiectum tollitur ex hac responsione communiter ap-
89 probata. † Vel & secundum responderi potest, posito etiam, quod ex diuturnitate temporis solennitas extrinseca præsumatur, dato, quod de ea in scriptura nulla fiat mentio, tamen secus esse, quando apparet instrumentum; & solennitas in eo expressa; seu descripta reperitur imperfectè; & inepto modo, cum enim scriptura detegat eius ineptitudinem, præsumi non potest interuenisse solennitas ex diuturnitate temporis; & ita proprie procedit, quod inquit Cast. in dicto consil. 50. colum. 5.
90 † prout cum declarat Fely. in d. c. sicut, nume. 33. col. sequenti in fin. cum sequenti. Nam in casu Pauli de Castr. apparebat in actis, decretā fuisse citationem, non tamen apparebat relationem nuntii fuisse factam, † Et sic solennitas citationis erat imperfecta, & ineptè descripta, cum ad eius perfectionem requiratur etiā relationem nuntii, cap. quoniam contra, & ibi Doct. maxime Dec. nume. 25. de probat. ubi dicit, quod citatio debet habere tres partes; commissionem Iudicis de citando; executionem & relationem nuntii, idemque Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. Specul. aureum in sexta parte, numero 54. Marf. in l. de vno quoque, num. 119. ff. de re iudic. & Roland. à Valle confil. 47. nume. 64. uol. secundo, merito nimirum si dicit Cast. ex antiquitate temporis eam
92 non præsumi, † Sed ita est in casu nostro; nam in fine huius scripturæ dicitur. Ego Ludouicus Coc. quæ uerba sunt pars, uel esse possunt pars rogatus notarii; non tamen perfectè rogatum exprimit alio non addito, meritò cum ista solennitas rogatus imperfectè sit descripta, ex diuturnitate temporis præsumi non debet. Et sic istud fundamentum de rogatu notarii deficiente ualde obstat huic scripturæ; ita quod euitari non potest.

93 † Quarto obstat & aliud huic scripturæ; ex quo eius fides deficere debet, nempè signū notarii; nam sine eo imbreuiatura notarii fidem non facit, ut uoluit Bald. in l. Lucius ff. de testam. milit. Alexand. in dicto consilio 152. colum. 3. numero 15. Dec. confil. 97. colum. 2. idemque tenet ante istos Specul. in titulo de instrument. edi. §. instrumentum, uersiculo item quod non est signatum, & Guliel. Mainer. in l. quo tutela. §. quæ in testamento, numero 22. ff. de reg. iur. cum aliis, de quibus per Fely. & Dec. in c. primo, nume. 13. de fid. instrum. per Craue. confil. 216. col. 2. & Cephal. confil. 238. num. 13. post Fely. in c. cum P. tabellio. num. 6. de fid. instr. idemque ponit Pet. Ant. Angustol. confil. 22. lib. 8. col. prima post Bal. in l. contractus, num. 5. C. de fid. instrum.

94 † Nec obstat si dicatur, esto, quod hæc imbreuiatura deficiat in signo notarii, tamen nihil impedit, quominus per illum Ciarlinum notarium, cui commissæ fuerunt imbreuiaturæ, & rogationes dicti ser Ludouici de illa vituræ per prætorem Carpi annis elapsis, potuerit leuari instrumentum, quod fidem faciat; hoc enim voluit Cyn. in l. contractus. in fi. quem sequitur Saly. quest. 6. Cast. col. 2. C. de fid. instr. sequitur Alex. conf. 14. col. 2. uol. secundo, Dec. conf. 447. nu. 8. Rui. in d. conf. 159. uol. 4. & Cur. Iun. cõf. 162. cum similit. merito tale instrumentum releuatum per dictum Ciarlinum iam diu mortuo dicto ser Ludouico fidem facere dēt, & probare.

95 † Quoniam responderetur ad hoc, contrarium esse uerius, quod imò scriptura sine signo notarii, & eius rogatu, de quo nec in ea, nec per testes apparet, ut in casu nostro, nõ probat, nec ex ea potest sumi instrumentum publicum per alium notarium, nisi fortè specialis commissio Iudicis interueniret cum causæ cognitione, quæ hic non interuenit, ita uoluit Abbas in d. c. primo, col. 3. de fid. instrum. Cast. conf. 204. ad primum, in antiquis. Alex. in dicto cõf. 152. col. 3. Rubeus conf. 94. col. 2. latè Cagnol. plures cumulans in l. si librarius, nume. 36. † qui dicit esse magis communem, ff. de reg. iur. Et idem etiam latè tenet Paris. consil. 12. nu. 125. uol. secundo, & in hac causa firmat Cephal. in allegato conf. 238. nu. 15. ita quod opinio Cy. & Saly. in d. l. contractus, cum sequacibus non debet attendi; cum communis sit in contrariū, prout ex multis aliis etiam copiosè confirmat Angussol. conf. 22. libro tertio, col. 1. & secunda.

98 † Et rationem adducit; quia nemo dare potest id, quod non habet, nec in alium plus iuris transferre, quam ipse habeat, c. nemo plus. de reg. iur. in 6. Vnde si abreuiatura sine signo nõ habet vim probandi, nõ potest eam dare instrumentum, vel procedit quando constaret per testes, vel per expressiõnem nominis tabellionis in scriptura, quod talis tabellio; cuius manu erat dicta scriptura tanquam rogatus illam scripserat; ut respondet, & declarat Alex. in d. conf. 152. & Rubeus in dicto consilio 94. quæ cessant in casu nostro. Nam nec ex ore ipsius ser Ludouici, nec per testes, qui sunt mortui, & ob id examinari non possunt, apparet, quod ipse scripserit tanquam rogatus illam scripturam. † Sed & tertio responderi potest, quod ubi imbreuiatura carens solennibus inuenitur in folio separato non in libro prothocollis, commissarius generalis ad leuandum instrumenta à prothocollis notarii defuncti, non potest ex tali imbreuiatura instrumentum leuare; sed commissio specialis requiritur Iudicis facta diligenti inquisitione; an sit suspecta, vel non. ita Cast. conf. 111. col. 1. uol. primo, cum aliis per Crauet. conf. 210. nu. 8. hoc autem minimè factum est in casu nostro, ergo &c. Et ita cessat obiectum, de quo supra.

100 † Quinto prædictis accedit aduersus dictam imbreuiaturam, quod in duobus locis substantialibus reperitur cancellata; quo casu fidem non facit, tanquam suspecta, nisi aliter comprobetur per partem aduersam; quæ illa vituræ, ut tradit Specul. in titulo de instrum. edit. S. restat. in prin. Bald. in l. si vnus, in fi. C. de testam.

101 † ubi dicit, quod instrumentum, in quo reperitur rasum in loco suspecto, est adeo suspectum, quod non facit probationem plenam, neque semiplenam, sequitur Alex. cõf. 175. col. prima; uol. 7. & Ruin. plures alios citans conf. 215. nu. 16. uol. primo, assumptum probatur; quia in institutione hæredum reperitur vna cancellatio, cum essent instituti Cæsar & Antonius fratres testatoris, & omnes eorum filii masculi, quorum filiorum institutio reperitur cancellata. Vnde talis particula in institutione hæredis cancellata, & uitata operatur, quod ceteræ partes testamenti, quæ ab illa dependent vitentur, cum sit caput testamenti, l. proximè, ff. de iur. in testam. delen. ita tradit in terminis Paul. de Cast. in d. l. si vnus. C. de testa. & ponit Pet. de Anch. conf. 43. 1. Præmissa sine allegationibus; altera uero cancellatio reperitur in testibus adhibitis facta de Reuerendo domino Galeotto de Piis Prothonotario, † quo loco pari modo facta cancellatio redditur suspecta, secundum Spec. loco citato ibi, vel in coactione testium: quibus sic stantibus inferuntur ex tali scriptura instrumentum sumptum fidem nõ facere; ut tradit Paul. de Cast. conf. 230. dubitatur primo, an Comes. in nono dubio, in antiquis. Anch. in dicto cõf. 43. 1. Alex. conf. 175. uolum. 7. latè Rui. in dicto conf. 215. nu. 17. & Paris. conf. 13. nu. 127. uol. secundo, quibus accedit Angussol. in allegato 104. conf. 22. libro 3. col. 2. tibi post Alex. cõf. 14. uol. 6. & alios, qui dixerunt ex imbreuiatura posse leuari instrumentum; quod fidem faciat, dixit eos demum procedere, quado imbreuiatura est in mūdum recepta, & in ea nullum adest vitium, qualis hæc dici non potest plena apostillis in margine, cancellaturis & interlineationibus.

Et ex his sequitur, fidem huius scripturæ ex aduerso productæ deficere; & instrumentum per dictum Iulianum productum standum esse, secundum quod debet hanc hæreditatem obtinere.

Hippoly. Riminaldi Ferrar.

Pro Raynaldo & aliis de Grandis.

ARGUMENTVM.

De nauta ad restitutionem pecuniarum obligato, non obstante, quod eas in naufragio nauis periisse dixerit, & multa quado quis de casu teneatur.

SVMMARIVM.

1 Fecisse quis uidetur quod alij facere cõsueuerit. Sicq.

Sicq. arguunt plerique. 2. Dummodo in eodem casu consuetudo concludat non generaliter. 58. Nec specialiter in contrariū consuetudo probata sit. 61. 2 Argumentum à solitis ualeat. 20. 3 Factū sequens perperditur ex consuetudine in præteritū 4 Præsumitur pecunias in nauis fuisse petita securi ad eam frangendā, & alio missō ad eas recuperandas sub promissione scutorum decē, si recuperaret eas. 5. Nisi tardè missus fuerit nauem iam fracta. 66. 55. Et quia nauta debuit personaliter ire. 54. 6 Factum præsumitur ob causam necessariam. 7 Præsumptio qualibet modica sufficit ad tollendam præsumptionem uoluntariam. 8 Viro probo & legali credendum. 9. Et admittitur ad probandum contra præsumptionem iuris & de iure. 10. Quod qualiter procedat, & sit intelligendum declaratur. 69. 70. 11 De casu fortuito quis non tenetur, nisi in culpa fuerit. 75. 76. 36. Quia præmeditatus dicitur. 77. Vel si fuerit in mora. 34. 12 Equum commodatum in pascuis dimissum, in quibus consueuerunt equi dimitti, si lupus comederit aut furatus fuerit quis, non tenetur illum dimittē. Quod procedit probata dicta consuetudine, aliā secus. 79. 14 Diligentia præsumitur fuisse adhibita. 15 Nauta excusatur si mansit in loco unde se remouere non poterat, nec ad alium tendere. 16 Aggressor aliter se tueri non ualens nisi percuteret occidendo non tenetur. De quo uaria dicuntur, ut alibi per auctorem. 17. 18 Casus insolitus dicitur qui cõter uenire nõ cõsueuit Vel rarissime à memoria seniorum. 19 Casum in se suscipiens de insolito non tenetur. 21 Præsumptio sumi debet ex eo quod cõter fieri cõsueuit. 22 Præsumitur ueritas ex frequentia. 23 Locus à cõter accidentibus præsumptiõne concludit. 24 Pecunias in capsa aperta tentas fuisse nõ præsumitur. 25 Præsumptiones non sunt de non uerosimili. 26 Testes singulares consuetudinem non probare. Que sententia communis est secundum Decium. 27. Sed contra tenet auctor si generalis est. 28. Et est magis communis, & uera conclusio. Et uerior ut per Alexandrum. 29. Pluresq. nouiter addit auctor. 30. 31 Testis unus probat aduersus producentem. 32 Præsumitur in culpa qui pecunias alienas non seruauit sed suas tantum. Et est culpa leuis. 33. 35 Casus non excusat, quando illum mora præcessit, vel culpa. 36. ordinata ad casum. 38. 37 Clericus si cepit rixam, & eius amici, vel agnati occiderint, sit irregularis. 39 Casus non dicitur propriè fortuitus quando culpa eum præcessit. 43 Casus communiter contingere solens per naturam considerari debet. Vt quod quis non fiat centenarius. 41.

42 Culpa dicitur casum præcisisse quando quis fuit præmonitus, & non cogitauit uenire posse. 43. Nec paruit monitionibus. 44. 45 Nauta tenetur de sumersione nauis in ea ponendo quid tempore incongruo. 46 Imperitia imputatur quando quis fuit præmonitus. 47 Allegare inconueniens non est soluere. 48 Inconuenienti uno dato non debet dari maius. Nec inconuenienti multiplicari debent. 49. 50 Nauta non tenetur de sumersione nauis quando cetera perijissent, licet in culpa non fuisset. Cuius exemplum legis datur. 51. 52 Culpa abesse dicitur si omnia facta sunt, que diligentissimus quisq. facturus esset, & quando quis personaliter iuit, non autem alium misit. 54. Et antequam nauis frangeretur. 55. 56 Negligentia temporis nocere debet eam comittenti. 57 Depositarium negligens in custodiendo res depositas dicitur in dolo præsumptus. 58 Negligentia dicitur peccatum mortale. 59 Consuetudo non debet probari generaliter nec in diuerso casu. Sed specialiter in eo casu. Nec in uno loco, vel casu probata extenditur ad alium 60. Et specialiter probata præfertur in genere probata. 61. 62 Præsumptio in specie tollit præsumptionē in genere. 63 Testis unus non probat. 64 Consuetudo per unicum actum non probatur. 65 Testi unico non credi iure diuino constitutum fuit idemq. de iure gentium. 66. 66 Testes de auditu parisi non probant. 67. 68 Testibus non creditur quorum repelluntur auctores. 71 Vir bonus tacere debet, quod probare non potest. 72 Præsumptio est contra nautas. 73 Probationes fortiores exiguntur per eum cõtra quæ stat præsumptio iuris, & testes de quibus non sit aliqua uerosimilis dubitatio, quod debeant deierare. 74. 75 Casus qui potuit præuideri non excusat. 76 Lata culpa dicitur non præuidisse, quod oēs alij solēt. 78 Casus insolitus nõ excusat stante culpa præambula.

CONSILIVM CCX.

Auxilium meum à Domino.



RAYNALDVS & alij de Grandis, de quibus in cã. conueniunt Mathæum Turatum ad restitutionem pecuniarum sibi datarum per eos causa emendi fructum Senogalia; illudq. cõducendi ad eos Arianum; ille uero dicit ob fiumaram nauim suam nocte sumersam fuisse in portu Pisauri, & cum ea pecunias amissas esse, in qua erant positæ in loco secreto sub puppe. Quæritur de duobus. Primo an constet uerè, aut præsumptè, quod dictæ pecuniæ essent in nauis. Secundo posito quod sic, an iste sit excusandus, vel condemnandus.

M m 3 Circa

Circa primum; quia verè non constat pecunias fuisse positas in naui, meritò deueniendū est ad præsumptiones. Et quidem pro Mathæo primò facit stilus, & consuetudo aliarum nauarum, qui pecunias consueuerunt ponere in loco secreto nauis nemini præter ipsos cognito, quas portant pro emendis mercibus; de qua consuetudine deponunt tres testes per eum examinati, † ex quo enim sic alii consueuerunt facere uidetur & ipse idem fecisse, cum argumentum à solitis valeat l. certi condicito. §. si nummos, & ibi not. Bart. Alex. Ias. & alii ff. si cert. pet. l. vt liberis. in fi. vbi not. Alberic. Ias. & ceteri C. de collar. cum aliis per Euerard. in lib. de centum locis legalibus. c. 36. latè Marf. singul. r. Roland. à Valle consil. i. nu. 63. consil. i. i. nume. 66. & consil. 50. nume. 47. uol. 3. Dec. consil. 278. num. 7. Menoch. consil. 10. nume. 7.

† & ita quid præsumi factum; uel non factum, ex quo fieri, uel non, arguit Paris. consil. 74. nu. 38. & consil. 117. nu. 16. uol. primo, & apertius Soc. Iun. consil. 61. nu. 34. uol. 2. post Bald. in l. neque, la prima C. de nupt. tantoque magis corroboratur ista præsumptio; quia probatur ex octauo teste, aliàs uidisse Mathæum tenere pecunias in naui sub puppe, dum ab ipso testis peteret vnum scutum in ciuitate Senogaliæ, ergo præsumitur sic idem fecisse, quando ibat ad dictum locum. † sic enim ab illius consuetudine in præteritum penditur eius factum sequens, prout in l. si seruus plurium. in fi. & ibi not. ff. de lega. primò, & in l. plenum. §. equitii ff. de usu & habit.

† Secunda colligitur præsumptio; quoniam deponunt aliqui testes; quòd ipse Mathæus petiit unā securim, vt rumpere puppim, in qua aderant pecuniæ, (vt ipse dicebat) misitque Tabacum suum pro inuenienda securi, quam reperitam recepit, sed retentus fuit ab 11. teste; ne se sumergeret; nam frustratorium fuisse id, tantumque uitæ suæ periculum experiri, si pecuniæ non erant in naui.

† Tertia accedit præsumptio; quoniam sequenti mane post sumersionē misit Mathæus quendam nauam (detto il Facenda) cum Barello ad uidē. si poterat recuperare nauim, aut pecunias in ea extantes cum securi pro puppe rumpēda, si opus esset, sub promissione scutorum decem in casu recuperationis pecuniarum, vt tres dicunt testes per eum recepti, ex quo datur intelligi, dictas pecunias fuisse in dicta naui, aliàs frustra fuisset mittere dictam Facendam pro dicto negotio, si ibi non fuissent pecuniæ, quod non est dicendum, † cum quid factum præsumatur ob illam potius causam necessariā extrahendi pecunias ibi reconditas, quàm ex capite, & voluntariè, quòd ibi nullæ extarent pecuniæ l. fi. vbi Bart. C. de alim. pup. præst. & in l. cum seruus. ff. de verb. oblig. Abb. consilio 116. in fi. uol. secundo, Bal. cōf. 351. Joā. & Federicus. col. 3. uol. 5. Cast. consil. 133. col. 2. uol. secundo

Roman. consil. 247. col. 2. Corn. consil. 283. col. 2. uol. 4. Craue. consil. 135. nume. 12. † hinc dici solet, quòd omnis modica præsumptio sufficit ad tollendam præsumptionem spontaneam, vt voluit Abb. in c. ad audientiam, in fi. quod met. caus. Andr. Sicul. consil. 54. col. pen. uol. primo. Rolan. à Valle consil. 2. nu. 92. uol. primo.

Quarta est præsumptio. Nam testes pro isto Mathæo recepti dicunt, quòd ipse dicebat, quando nauis sumersa fuit, quòd posuerat pecunias, quæ erant scuti 150. auri in dicta naui sub puppe, † & per eosdem testes probauit se esse virum probum, veridicum & legalem, quòd fit, vt credendum sit, & præsumendum dictas pecunias fuisse in dicta naui collocatas, ut ipse dicebat, † probo enim, & notabili uiro credendum est, eiusque dictum iustam credulitatem prebet, vt est glo. notab. secundò Bar. Bal. Mol. & ceteros in l. Titio fundus ff. de condit. & demonst. quem etiam commendat Alex. consil. 30. col. 3. uol. 4. & alii plerique, quos refert Marf. consil. 128. nu. 27. Paris. cōf. 57. col. fi. uol. primo. Ripa in c. cum ecclesia Sutrina nu. 96. de caus. poss. & prop. Marf. in l. prima §. ad quæstionem. nu. 7. ff. de quæst. & in pract. crimi. in principio nu. 7. & 8. Cephal. consil. 76. nu. 73. † hinc fortius dixit Butri. in c. vidua, de regular. in fin. q. bonus vir cum iuramento admittitur ad probandum contra præsumptionē iuris & de iure, licet aliàs contra talem præsumptionem non admittatur probatio, nisi per confessionem partis, sequitur Marf. in dicta practica in principio nu. 12. Vnde ex his præsumptionibus fundata videtur intētio huius Mathæi de existentia pecuniarum in dicta naui tempore, quo sumersa fuit.

Quo sic stante descendendo ad secundum quæsitum. Videtur aperta cōclusio resultare ad fauorem dicti Mathæi; quoniam per aliquot ex suis testibus probatur, fumaram fuisse subitanam, & improuisum casum, † meritò de illo Mathæus teneri non debet l. contractus. in fi. ff. de reg. iur. l. quæ fortuitis C. de pigno. act. bonus tex. in l. in rebus. in prin. in verl. naufragiū ff. commod. & in terminis in naua est text. notab. & ibi glo. Bar. Bal. & alii in l. tertia §. primo ff. nau. caup. & stabul. ubi dicitur, quòd si quid de receptis per nauam; aut cauponem damno fatali contigerit; vt naufragio, aut per vim piratarum, non est iniquum ei exceptionē dari, Vnde Bal. ibi post glo. dicit, in illa actione veni re omnem culpam non tamen casum fortuitū, qui non potuit præuideri, præsertim si est talis casus, qui accidit inuito, vt vis maior, quod ad scopum in hac fumara sic impetuosa pōt exemplificari, meritò dictus Mathæus excusari debet à restitutione dictarum pecuniarum, quas in dicto casu fortuito amisit.

† Confirmatur ista conclusio magis pro Mathæo prædicto ex decisione Cyni, Bald. Casr. & aliorum in l. tertia C. de episc. aud. quam refert,

refert & sequitur Euerard. in dicto capit. 36. de equo commodato; quem commodatarius dimisit in pascuis, in quibus communis erat consuetudo equos tenere; quòd domino non tenearat si de nocte lupus eum comedit, aut furto subtractus est, ex quo iste commodatarius fecit illud, quod ab aliis fieri consueuerat. sic enim & iste Mathæus ponendo pecunias in naui non debet teneri, si de nocte cum ipsa perierunt; ex quo fecit, quod ab aliis nauis fieri consueuit, vt probant eius testes, dicentes alios nauas solitos esse ponere pecunias in nauibus eorum.

† Tertiò quoque accedit: quoniam probatū est per aliquot testes dicti Mathæi, quòd ipse fecit omnē diligentiam pro recuperanda naui, quam vnus quique diligēs paterfamilias fecisset, vt quæ diligentia quoque præsumitur in dubio, nō autem negligentia. c. nisi, de preben. c. ad audientiam, de prescrip. c. deputati. de ap. pel. Cyn. in l. si decurio C. de fals. Abb. cōf. 41. col. 3. uol. primo, Craue. consil. 77. nu. 11. & sic patet, quòd cessat leuis culpa, meritò de eo; quod contigit, postea nō debet teneri, vt in caupone determinat Bart. per illum text. in l. & ita §. ait enim prætor ff. nau. caup. Vnde & in naua idem dici debet; quia à pari procedunt, vt ibi in toto illo titulo.

† Quartò confirmatur ex nono teste Mathæi dicente (ch'el detto Matheo stete nel luoco prædetto, perche le altre barche non se mosse no, & non hauea doue andare; si bene hauesse voluto mouersi) ex quo enim apparet; q. aliter fieri non poterat; quin ibi remaneret dictus Mathæus; sequitur, q. de sumersione sequuta teneri non debet, sicut dicitur de agresso, qui aliter se tueri, & euadere nō poterat, quin percuteretur, vel occideretur, qui de tali percussione, vel homicidio sequuto non tenetur, vt declarat Bar. in l. scientiam. §. qui cū aliter. ff. ad l. aquil. & Doct. in l. vt vim ff. de iust. & iur. & in l. prima C. vnd. ui. † de quo simili, quia uarii uaria dixerunt propter aliam doctrinam Bartoli in l. sed & si quæcunque, in prin. ff. ad l. aquil. lectores delecto ad latius scripta per me i. d. l. vt vim nume. 84. cum sequenti. cum non sit hic locus dicendi idoneus.

Postremò benè facit; quoniam, vt probant testes, audiuerūt dici ab antiquioribus Pisauri, ipsos à suo recordatu nunquam vidisse; aut intellexisse, q. uenerit vna alia fumara ita impetuosa ac terribilis prout ista, de qua agit, † quo stante patet hunc fuisse casum insolitū, ex quo communiter venire non cōsueuit, iuxta opinionem Alexandri consil. 107. col. penul. uol. 3. vel rarissimè, ex quo à recordatu seniorum non venit, iuxta sententiam Cornei consil. 82. col. 4. uol. 4. de quibus latius ponit Rip. in tract. de peste. in secunda part. num. 101. † meritò esto etiam, quòd Mathæus de casu fortuito aliàs teneri debuisset, puta, quia eū in se suscepisset,

de tali tamen insolito teneri non debet, iuxta decisionem Bartoli, & aliorum communem in l. sed & si quis. §. quæsitū. in fin. ff. si quis caut. sequitur Alex. consil. 28. col. pen. volum. primo consil. 30. col. 4. uolum. 2. consil. 107. vol. 3. Corn. consilio 282. col. 5. uolum. 4. cum similibus per Craue. consil. 95. col. 2. Neuz. consil. 91. uu. 5. Dec. consil. 7. col. 1. Colleg. Taurinense consil. 4. feudaliū diuersorū nu. 4. And. Sicul. consil. 20. col. 6. uol. 2. & in c. fi. col. pen. de empr. & vend. Bofsi. in tit. de remissi. merced. nu. 68. Alciat. l. responso 157. num. 3. & Roland. à Valle consil. 45. numero 8. uolum. 3. Et ista uidentur vgeri ad fauorem dicti Mathæi, ita quòd absoluentus uidetur à petitis.

† Istis tamen non obstantibus dico non constare, quòd pecuniæ fuerint posite in dicta naua, & maximè tempore eius sumersionis, immò præsumendum est contrarium, & positio etiam, quòd hoc constaret, dico omnino hunc Mathæum teneri ad restitutionem earum, nec vllatenus excusandum esse.

Quòd autem non constet iam supra præsupposui, quin immò quòd contrarium sit præsumendum ostendo. Et primò: quoniam per tres testes examinatos pro parte Raynaldi probatur est, quòd naua in huiusmodi itinere à terra Adriani vsque ad Senogaliam sunt soliti tenere pecunias suas, & aliorum sibi datas in capsis clausis, uel ut vulgariter dicunt (adosso) propter iter securum, & portum Pisauri tutum à depredationibus, & furibus; & ita ipsi non modò seruauerunt, sed & ab aliis passim seruari viderunt, attenta ergo consuetudine aliorum nauarū præsumi debet, idem hunc Mathæum fecisse, sumpto argumento à consuetis, ut supra dixi in principio, † confirmaturque. Nam præsumptio summi debet ex eo, quod communiter fieri consueuit. glof. in l. neque Natales C. de probat. & in materia præsumptionum validum est argumentum à communiter accidentibus. Bald. consilio 70. apparent. col. 2. uolum. primo, † hinc idem Bal. consilio 351. in bonis feudalibus. in fin. uolum. primo, scriptum reliquit, quòd ex frequentia præsumitur ueritas, & consilio 390. tam profundè. col. 23. prima, uolum. secundo † quòd locus à communiter accidentibus in dubiis causis præsumtiue concludit, & in consil. 351. col. 2. uol. 5. q. præsumptio inducitur ex communi cursu, pluraque id genus cumulat Crauet. in tractat. de antiq. temp. 4. par. numero 229. & consil. 206. numero 16. † Quòd autem in capsâ tenuerit dictas pecunias non est credendum; quia omnes testes dicunt, quòd erat aperta, nec claudabatur propter defectum clauaturæ. Vnde cū non sit uerissimile, pecunias ibi positas; ubi poterant omnes intus respicere, non est uerissimile, eas in dicta capsâ fuisse positas † non enim sunt præsumptiones de non uerissimilibus, Bald. in l. fin. colum. 2. in ult. notab. C. de

hæred. instit. & in c. primo in §. si qua. de feud. guard. Corn. cōf. 156. col. fi. vol. 3. Soc. cōf. 164. col. 5. ver. & sic magis, uol. 2. Crau. cōf. 8. nu. 6. & cōf. 75. nu. 14. ergo super dorso præsumptum est eum dictas pecunias tenuisse, maximè cum essent scuti aurei. 12. 2. de quibus agitur, modicū locum occupantes.

26 † Nec dicatur istos testes, hanc consuetudinem non probare, cum sint singulares ob diuersa tempora & actus, de quibus deponunt, ut uoluit Cyn. post Pet. in l. 2. C. quæ sit long. cōfuer. nu. 23. uer. sed quæro cum sit difficile. Io. And. in c. fin. de consuetud. Alex. consil. 104. col. fin. vol. 3. † cum aliis per Dec. qui dicit esse communem consil. 215. nu. 3. consil. 402. nu. 15. consil. 538. col. pen. Grāma. consil. 82. in fi. in ciuilibus,

28 † quoniam responderetur, quod imò magis communis est; & vera conclusio, quod consuetudo generalis probatur per testes singulares in numero factorū, in tempore & in personis; quia quando sumus in probando quid in genere, uel in uniuerso, sufficit, quod testes concordēt in eundem rei finem, licet in aliis secus, iuxta glos. communiter approbatam in l. ob carmen §. si. ff. de testibus, ita tradit in terminis consuetudinis Ioan. de Amic. consil. 1. num. 61. Crau. consil. 73. nu. 32. Alex. sibi contrarius consil. 171. col. penul. uol. 2. † ubi dicit, quod ista pars est uerior; & sequitur Paris. consil. 25. in fin. uol. 4. quibus annexi possunt infiniti, quos ego cumulaui consil. 7. nu. 27. cum multis sequētibus, discurrendo plures casus, in quibus agitur de probando quid in genere, quod testes singulares sufficiant, † & nunc alios addo, uidelicet Curt. Iun. consil. 292. nume. 22. longèquē latius consil. 344. nu. 72. Bursat. consil. 7. nu. 9. consil. 32. nu. 15. & consil. 88. nu. 16. Socinum consil. 295. col. 2. uol. 2. Celsum Vgonem consil. 22. nu. 10. Hiero. Gabriellium consil. 55. nu. 5. consil. 178. nu. 29. Menochiū consil. 45. nu. 24. Curt. Iuniorē in tractat. de feud. prima par. uol. 5. Guid. Pap. consil. 116. nu. 4. & decis. Pedem. 99. nu. 27. meritò in probanda ista consuetudine generali in dicto itinere, sufficere debent testes quantumque singulares, ex qua consuetudine præsumendum est, ipsum habuisse pecunias, ut uulgò dicitur (adoffo) non autem in loco secreto nauis, cum iter esset tutum, & marinarii sui affines, & fideles, ut testes dicunt.

Secundò confirmatur dicta præsumptio per decimum testem Mathæi, & quintū Raynaldi dicentes; quod quando nauis fuit in mari dubitantque de casu tempestatis, collocant pecunias super se, ut eas saluent, sicque dicit fecisse testis ille decimus in eodem portu manens, ubi

31 Mathæus erat, † qui probat aduersus eum uigore productionis, ut ponit Roma. consil. 104. ad fi. cū simil. adductis ibi per Oratium Mandos. in addit. Ias. cōf. 54. col. 4. uol. 1. Crau. cōf. 201. nu. 7. Paris. consil. 23. nu. 1. uol. 4. Cephal. cōf. 82. nu. 47. cōf. 141. nu. 16. Tobias Nonius cōf. 99. nu.

18. quare sic idem præsumi dēt de ipso Mathæo. Tertio posito, quod non adesset aliqua præsumptio, Mathæum pecunias penes se habuisse, sed in nauis fuisse positas, tamē cum suas seruauerit

32 sicut & vestes suas, & armigia nauis, † præsumit in culpa fuisse non seruando quoque pecunias Raynaldi, ut not. Bartol. per illum text. in l. si uer. certo §. quod uerò ff. commod. l. naua ff. nau. caup. Cast. in l. qui mercedem. ff. locat. Bal. cōf. 404. uol. 2. Roma. cōf. 426. Crau. cōf. 97. nu. 5.

33 † dicentes, leuem culpam dici, non facere in re aliena, quod in sua quis faceret.

Quartò non prætereo, quod testes dicunt examinati contra Mathæum, quod fumara paulatim cepit hora noctis tertia, nauisque iuit extra portum paulo ante aurora diei sequētis, faciliusque fuisse Mathæo pecunias ex puppi leuare, quam res alias ex nauis per eum desumptas:

34 † igitur impedimentum fumaræ postea crescentis, illum excusare nō debet, cum mora sua illud præcesserit l. pen. ff. de cond. & demonst.

35 † casus enim non excusat, quando mora præcessit casum l. cum proponas C. de nau. fen. Doc. in l. quod te ff. cert. pet. Soc. in l. si Titius not. 3. ff. de cond. & demonst. Crau. consil. 202. col. 2.

Quintò, dictus Mathæus teneri debet, nec

36 excusationem mereri, inam clarum est in iure, quod licet aliis quis non teneatur de casu, tamē si culpa eius præcedit casum, teneatur de casu, §. at is, qui utredū, instit. quib. mod. re contra obl. l. si uer. certo §. sed interdum, & ibi not. Bar. ff. commod. & in l. in rebus S. alioquin, & ibi not. gl. ff. eo. Crau. consil. 64. nu. 5. Natta consil. 79. nu. 5.

37 † Hinc dixit eleganter Anch. i. c. Petrus, de homi. quod si clericus incepit rixam, propter quam eius amici siue consanguinei indignati præter uoluntatem clerici occiderint rixatē cum clerico, fit clericus irregularis, cū culpa sua præcesserit casum, per l. primā S. cum arietes ff. si quad. pauper. l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi pub. c. de cætero. de homic. Curt. consil. 61. col. 2. Cast. cōf. 275. col. 2. uolum. 1. decis. Pedem. 104. num. 5.

38 † quod saltem procedit, quādo culpa fuit ordinata ad casum, hoc est, quia ex ea poterat contingere casus, ut declarat Bart. in d. §. sed interdum. Dec. in d. l. contractus. in fin. & post eum Cagnol. nu. 117. Craue. cōf. 8. nu. 29. & plenius consil. 247. col. fi. uer. sextò respondeo; & in casu nostro verificari potest, quia videndo principium fumaræ debilis tunc, paulatimque crescentis potuit remouere pecunias, si erāt in nauis, quod non fecit, & ex illa sua culpa securus est casus

39 amissionis earū. † Et ratio est in pròptu, quare de casu teneat quis, quando culpa sua præcedit casum, quia nō dicitur propriè casus fortuitus ob culpam præambulā, ut tradit Castr. in d. l. in rebus, in principio, & Cagnol. dicto nume. 117.

40 † tantoque magis quando casus communiter contingere solet per naturam. Nam debet esse inexpectatione, & consideratione, ut declarat Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram, ff. de verb. oblig.

oblig. allegando textum in l. heres meus. ff. de condit. & demonst. in quo textu dicitur de homi. 41 ra mortis, licet enim lex præsumat, quem posse fieri centenarium, tamen non tollit, quin sepius contingat contrarium, & hæc accidētia naturaliter considerari debent: sequitur Natta consil. 125. nu. 2. quod in tempestate, siue fumara maris optimè uerificatur naturaliter contingente, meritò debuit per Mathæum considerari, & ante eius casum sequutū sibi con-

42 sulere. † Quòd autem dictus Mathæus fuerit in culpa ante casum sequutū, probatur apertè; quoniam tres testes examinati præmonuerunt eum, & alius, qui sic audiuit eum moneri, ne staret in loco, in quo erat periculum ob fumarā, quæ nocte sequenti poterat venire, sed, ut uulgariter dicitur (se douesse tirare piu in suso in bone stallie, doue seria piu sicuro, & come essi

43 haueuano fatto). † Hinc enim colligitur culpa Mathæi præmoniti non cogitando fumarā facile contingere posse. l. qui bona. §. cum inter. l. in hac ff. de damn. infect. l. si idem cum eodem. §. si. ff. de iur. omn. iud. l. habitatores. §. si. ff. loca. quæ iura citat ad hoc Alex. consil. 52. col. 2. uol. 6. sequitur Crau. consil. 97. nu. 4. consil. 170. nu. 11. & consil. 179. nu. 5. ubi citat pariter Balzum consil. 395. Pro Domino Rinaldo, uolum. secundo, & Alexandrum consil. 41. col. 3. vol. 3.

44 † Quinimo tanto magis augetur culpa Mathæi, ne dicam pertinacia, quod ipse noluit bonis monitionibus obtemperare, sed respondit (che il uolea star li) & ut dicit vnus ex eis (per il lecco di vendere certe stuoere, che hauea in terra) si enim se sursum magis traxisset, potuisset se saluare, sicut & alii se saluarūt, meritò id nō faciendo dicitur fuisse in culpa ante casum, &

45 ob id de illo teneri debet. † Et de hoc mihi uidetur esse tex. pulcherrimus in l. item queritur §. primo ff. locat. ubi si nauicularius onus ferendum conduxerit, & cum nauis flumen subire non posset in aliā id deposuerit, quæ in hostio fluminis perierit, teneatur ex locato Domino, si quo non debuit tempore id fecit: sic enim dici debet aduersus hunc Mathæum; qui pecunias recepit pro uehendo frumento à Senogallia ad Arrianum, quòd si morari uoluit cum naue in loco portus non tuto eo tempore, quo fuit præmonitus, teneri debet Raynaldo Domino

46 pecuniarum de casu securo, † tantoque magis; quia si tali casu uenit imperitia. §. si gemma. in eadem lege posito, ibi si imperitia faciētis, erit locati actio, & plenius confirmat Connanus in commētariis iuris ciuilibus lib. 6. cap. 11. col. 9. multò fortius durities Mathæi puniri debet.

Nec quicquam facit, quòd ex aduerso probetur, duas alias naues in dicto portu, tunc

47 sitas, summersas fuisse, † quia allegare inconueniens non est soluere, immò uerò inconuenientia sunt euitanda, l. nam absurdum, ff. de oper. lib. capit. 2. de oper. noui nunc. c. nihil, de

48 præsc. Bero. consil. 25. nume. 10. uol. primo, † &

ut inquit Bal. in l. lege 12. tabul. C. de leg. hæred. dato vno inconuenienti, nō debet dari maius, sequitur idem Bero. consil. 147. num. 19. uol. 2.

49 nec inconuenientia multiplicari debent l. ratas C. de rescind. vend. Curt. Iun. consil. 214. num. 26. tantoque magis quòd non probatur, ipsas periisse non obstare, quòd essent magis sursum tractæ in bonis stalliis, si enim perierunt id euenit forte; quia erant inferiores aliis, & propè mare, sicut & illa Mathæi, ut de ipsa testes dicunt: † Præterea oportet probasse, quòd omnes naues, quæ tunc ibi reperiēbantur, perierunt; tunc enim licet Mathæus fuisset in culpa ante casum: quia tamen dictus casus euenisset omnino, etiam quòd non fuisset in culpa, non teneatur, ut est casus in l. si uendenda §. 1. ff. ad leg. Rod. de Iact. † ubi si naua merce posuit in nauem deteriore scienter, cum meliorem haberet, & sic in culpa fuit, nō teneatur, si modò utraque nauis ea navigatione perit; quia omnino etiam si non fuisset in culpa dictus casus euenisset. Hinc debitor excusatur, si res debita, quæ interit, omnino & in omnē euentum interitura erat apud Dominum. l. si plures, in fi. ff. de positi. l. si is, in prin. ff. de iur. dot. Et licet aliàs periculum rei debite post debitoris morā peremptæ, ad ipsum semper spectet. Bar. in l. quod te. nu. 10. ff. si cer. pet. & est communis opi. ut ibi per Alex. nu. 8. tamen si eodē modo prorsus apud creditorem fuisset interitura, debitor non teneatur, ut ibidem Fulg. & alii tradiderunt, & est textus in l. si plures. §. siue autem ff. de positi. ibi, utique cum interitura esset ea res, etsi restituta esset actori; naturalē enim interitum est æquum ad actorem pertinere, sequitur latius Bonacossius conciuus & uti frater meus honorandus in tracta. de equo. quæst. 396. sed in casu nostro, non omnes perierunt, immò multæ aliæ se saluarunt, ut apparet ex testibus nostris: ergo de tali casu Mathæus teneri dēt ob culpam præambulā, si enim se sursum traxisset se saluasset, ut alii fecerunt.

Sextò teneri debet ex alio; quia in mane sequētis noctem, qua fuit fumarā, nauis uisa fuit in mari extra portum super quodam scamno, in quo per tres, aut quatuor horas mansit, antequam frangeretur, ut dicunt plurimi testes, dicentes etiam, quod facile fuisset ire ad eam causa

52 accipiendi pecunias, si fuissent in ea, † meritò imputandum est dicto Mathæo si non iuit cū aliquo batello ad dictā nauim pro recuperanda dictas pecunias, ut etiam quidam ex testibus hoc ei imputant, dicentes, quòd fuisset conueniens, quòd iuisset, ut probatur ex l. si merces. §. qui columnam. ff. loca. ubi qui columnam trā sportandam conduxit, si dum portatur fracta sit, teneatur ad id periculum, si culpa acciderit. Culpa enim abest, si omnia facta sunt, quæ diligentissimus quisque obseruaturus fuisset, igitur his non factis, ut in casu nostro, uult ille text.

53 à contrario sensu conductorem teneri. † Nec quic

quicquam facit, quod miserit quendam nuncupatum (il Facenda) qui reuersus retulit, quod liberari non poterat dicta nauis, & q̄ erat fracta. f̄debut enim personaliter ire, si volebat excusari, prout in simili casu tradit Craue. conf. 8. nu. 2. 3. ubi excusat quendam portitorem portus fluminis à culpa, quod consulerit quibusdam bubulcis, vt cum curru & bobus transirent per flumen, in quo vnus bubulcus, & boves perierunt, ex quo quod in se ipso prius expertus est iter per aquas super equa per illas tendens, & vadi iter bubulcis ostendens.

55 † Præterea si nauis erat iam fracta, quando Facenda fuit missus ad eā, vt ipse retulit, patet quod nimis sero missus fuit, debuit enim miti prius eo tempore, quo per tres, aut 4. horas stetit antequam frangeretur, ut dicunt plerique testes, † talis ergo negligentia Mathæi circa tempus commissa sibi debet nocere, vt in alio casu scribit Bertran. conf. 92. uolum. 1. & cum nauis teneantur ad id, quod cuiusque saluam fore receperint l. 1. ff. naut. caup.

57 † Mathæus ad pecunias Raynaldi receptas saluandas ex officio nauis deuinctus negligens in eis saluandis, dicitur in dolo præsumptio fuisse, ut per Anch. conf. 158. ex naratis. col. 6.

58 † Soc. conf. 2. col. 2. ubi dicit, q̄ talis negligentia dicitur peccatū mortale, sequitur Crau. conf. 132. nu. 4.

Et tenendo istam partē non obstant contraria. Et in primis illa consuetudo tenendi pecunias in loco secreto, aliisque præterquam tenētibus incognito. Nam deponunt illi testes de consuetudine generaliter, vel in alio casu, non aut specialiter in casu, de quo agit videlicet in itinere ab Arriano versus Pisaurum, & inde ad Senogaliā, meritō talis consuetudo eiusq̄ probatione non releuat, quia consuetudo non dēt probari generaliter, & in diuerso casu, sed specialiter in eo casu, de quo agit, vt tradit Oldrad. conf. 237. col. prima Anch. conf. 339. col. 5. ver. ad secundam rationem. Cur. Iun. conf. 26. col. 60. pen. Crau. conf. 96. nu. 4. † Et cum probata sit de diuersis locis, & itineribus, uel informiter, non debet ad alia loca, & sic ad iter, de quo agit, extendi, cum sit stricti iuris, vt per Innoc. & Doct. in c. fi. de off. Archid. Arct. conf. 44. in proposita. Dec. conf. 389. col. pen. Soci. Iun. latē conf. 101. col. 3. vol. secundo, Craue. conf. 39. col. fi. † Secundo respondetur, quod cum in itinere, de quo agit, sit probata consuetudo specialis in contrarium, videlicet tenendi pecunias in capsis, vel penes se, non autē in secreto nauis, talis consuetudo specialis derogat generali, cap. generi. de reg. iur. in sexto, & ita in consuetudine arguit Craue. conf. 111. nu. 16. post Bal. conf. 170. Ad euidentiam præmittendū est.

62 vol. secundo. † Simile uidemus, quod præsumptio in specie tollit præsumptionē in genere, ut per Alex. conf. 150. nu. 9. uol. 5. Paris. conf. 29. nu. 87. uol. secundo, Soc. Iun. conf. 128. nu. 230.

vol. 1. Cur. Iun. conf. 292. nu. 29. Natta conf. 164. nu. 3. & consilio 299. nu. 6. Siluanus conf. 2. nu. 2. dixi conf. 28. nu. 29. alios casus similes adducendo, & sic cessat obiectum.

63 † Nec obstat etiam, quod inquit ille octauus testis; quoniam præter id, quod est vnicus tantum, qui non probat l. solam C. de test. cū ibi notatis, deponit de vna vice, qua perendo pecunias à Mathæo uidit eire sub puppim, & redire cum vno scuto, quem sibi dedit. † Non enim per hoc probatur consuetudo dicti Mathæi in tenendo pecunias in dicto loco, cum de uno tantum actu deponat; & non de frequentia actuū; vt requiritur ad probationem consuetudinis, iux. notat. in l. 2. C. que sit longa consue. per Bar. & alios in l. de quibus ff. de legib. & ita reprobat testes in consuetudine loquens Alex. conf. 44. uis attestacionibus. col. pen. in fi. vol. 2. & decif. Neap. 321. nu. 17.

65 † Nō obstat etiā secūda præsumptio de securipetita, quoniā de illa duntaxat vnus testis deponit, cum, quod vni testi non credatur, procefferit ex ore Dei c. in omni, de testib. † & in his quæ redacta sunt etiam ad iurgentium saltem duo testes requiruntur. c. relatum. c. cum esles, de testa. & not. scribentes in l. hac consultiissima. §. ex imperfecto. C. de testam. & in finali, C. familiae ercif. Cur. Iun. consilio 186. numero 10.

Quod verò ad tertiam præsumptionem de Facenda misso ad nauim, responderetur, eam non releuari, cum tardē missus fuerit naue iam fracta, vt supra deduxi sexto loco.

Ad quartā præsumptionem dico, quod cum illi testes audiuerint dici à dicto Mathæo, quod pecunie erant in dicta nauis, & q̄ amissæ fuerunt, hoc nihil facit, quia deponunt de auditu ipsius Mathæi. Vnde sicut ei non creditur de facto proprio. l. omnibus. C. de testibus, ita nec istis testibus, qui ab eo id dici audiuerunt,

68 † testibus enim non creditur, quorum repelluntur authores c. fraternitatis. de haret. c. nullus 3. q. 4. aliās sequeretur absurdum, q̄ is cuius testimonio non creditur rem ipsam publicè diceret, & testes inuenerentur, qui ab eo dici audiuisent, ita fraudem in terminis cōsiderat Dec. conf. 82. post princ. idemque ponit Oldrad. conf. 69. col. 2. Castr. conf. 284. col. 1. conf. 299. col. secunda, vol. secundo, Craue. conf. 41. numero 69. secundo, & consil. 112. numero 13. † Nec quicquam facit; quod sibi tanquam probō viro debuerit credi. iuxta glos. in l. Titio fundus ff. de condit. & demonst. cum superius allegatis; quia benè dictum notabilis uiri operatur hoc, quod si quis alius quid fecerit; quia id audiuit ab illo notabili uiro, debeat excusari, tanquam quod illi debuerit credere. Et ita loquitur illa glos. & in notab. q. Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 8. quæst. in fi. ff. de oper. nou. nunc. & in l. qui fundum, §. procurator. ff. pro empt. Alex. conf. 30. uol. 2. col. 3. & de

& de viro nobili ponit Rolā. à Valle conf. 40. 70 in fi. vol. primo. Cephal. conf. 76. num. 31. † sed quod dictum viri probi debeat operari, ut in eiusdem fauorem credi debeat iure cautum nō reperitur; immo potius contrarium ex regula l. omnibus. C. de testib. in sui generalitate; aliās quis facile posset sibi parare probationem dicendo aliquid, & faciendo examinari testes,

71 quod esset probus, † sed potius succedere debet, quod inquit glos. notab. in c. plerunque 2. q. 7. dicens quod bonus vir id, quod scit non posse probare, tacere debet, quam refert Roland. à Valle conf. 68. nu. 36. & conf. 88. nu. 72. 18. vol. secundo. † Quinimò aduertendum est, quod contra huiusmodi nauas est præsumptio iuris, quod sit improbi. l. 3. §. 1. ff. naut. caup. stabularii, ibi reprimendē improbitatis, hoc genus hominum. † quo stante requiruntur fortiores probationes pro dicto Mathæo, quàm aliās essent necessariæ, ut tradit Abb. in c. quia uerisimile. secundo notab. de præsump. & consil. 11. 74 secundo dub. vol. primo, † dicens quod probationes debent eē apertissimæ & tales testes, de quibus non sit aliqua uerisimilis dubitatio, q̄ debeant deierare, notat glo. & doct. in l. transactio. C. de transact. Soc. conf. 263. col. 6. vol. secundo, Ias. in l. si extraneus, notab. 6. ff. de condit. ob. caus. & in l. sciendum. col. 5. ff. de verb. oblig. Dec. conf. 105. col. 3. conf. 175. col. 5. conf. 177. col. 1. Cur. Iun. conf. 52. col. 3. Crau. conf. 75. nu. 12. Cephal. conf. 35. nu. 12. Port. Imol. conf. 6. nu. 48. Menoch. conf. 101. nu. 52. Et ex his patet sublata esse coniecturas, & præsumptiones, quibus arguebatur, pecunias fuisse in nauis tempore quo lumerfa fuit.

75 † Sed & hoc admissio non obstat fundamenta facta ad excusationem dicti Mathæi. Et primò, quod casus fuit improuisus & subitaneus, & ex quo teneri non debet; quoniam respondetur, hanc fumaram cœpisse paulatim uenire, ita quod à Mathæo, & ab aliis potuit præuideri, quinimò aliqui testes dicunt, dictum Mathæum uidisse principium dictæ fumaræ, sicut & fuisse præmonitum. Vnde cum in culpa fuerit, teneri debet, ut quinto loco deduxi. Quin addunt testes, alios nauas solitos esse, quando pluit ante, stare attentos, & in portum currere ob fumaram, quæ consueuit uenire; tamque sæpius viderunt uenire; quādo prius pluit, quare sequitur, quod Mathæus secus faciens, fuit in lata culpa, l. lata culpa. ff. ad uerb. signif. Quinimò cum locus, in quo erat adueniente fumara esset periculosus, tāquam nimis propè mare, ut dicunt aliqui testes, sequitur, quod Mathæus, qui uoluit remanere in eo, non obstante; quod sibi fuit dictum, ut sursum magis se traheret, teneri debet de casu sequuto

77 † quia potest dici præmeditatus, & imputandū est ei si non considerauit euentum, quem status loci indicabat l. si quis domū. §. primo ff. locat. ita Bald. conf. 279. casus talis est, quidam Nic.

col. fi. nu. 3. Calcan. conf. 23. col. 4. & 5. Goza. conf. 74. nu. 4. Igneus in l. contractus. nu. 39. ff. de reg. iur. & Ripa in tract. de peste 2. par. nu. 36. cum simil. Vnde patet, quod omnino dictus Mathæus de isto casu teneri debet.

78 † Nec obstat quod dicebatur, quod fuerit in solitus, quia stāte culpa præambula cessat obiectum, & illa conclusio procedit in casu insolito qui nec in genere, nec in specie uerisimiliter cogitari potuit, secus si saltem in genere, licet non in specie, ut pulcrè distinguit Corn. consilio 12. columna 3. volumine 4. Ripa in dicta secunda par. nu. 99.

79 † Nec obstat etiam decisio Cy. Baldi & aliorū in dicta l. 3. C. de epif. aud. quia procedere posset, si probata fuisset illa Mathæi consuetudo tenendi pecunias abscondas in nauis, quæ non est probata per vnum testem tantum, ut supra dixi, sed contraria tenendi eas in capsis, uel super se in itinere, de quo agit; quæ illi debet præualere c. generi per speciem. de reg. iur. in 6. & Craue. conf. 3. nume. 16. cum aliis supra deductis.

Non obstat etiam, quod fecerit omnem diligentiam: quia superius ostendi totum contrarium in 3. 4. 5. & 6. fundamento.

Non obstat etiam, dum quarto loco dicebatur, dictum Mathæum non potuisse inde moueri, sicut, nec alios, quia mentitur ille testis & est solus, contrarium enim testes nostri. & numero plures adfirmat, qui magis sursum se traxerunt & illum præmonuerunt, rogarunt, quæ obtrulerunt adiuuare illum in trahendo se magis sursum versus portem, quibus noluit assentire.

Et ex his remanet firma conclusio pro istis actoribus contra eū, q̄ teneri debeat illis ad restitutionē dictarū pecuniarum ab eis habitarū.

Hippoly. Riminaldi Ferrar.

Pro Domina Leonora de Vsfancia.

ARGUMENTVM.

De restitutione bonorum uectorum in domum condam mariti tempore contracti matrimonii petita. Quando testes qui tractant de se exonerando probent. Et quando de facto proprio deponunt. Et quando singulares sunt, ideoque non probant. Quando iuramentum in defectū semiplenæ probationis sit deferendū. Et quando sola facti ueritate inspecta procedit iudex, quid facere possit, libellusque continet clausulam, omni meliori modo ius & iustitiam ministrari.

SUMMARYM.

1 Testes præsumuntur esse contestes, puta si dicant, & alij etiam presentibus, quia de non nominatis intelligi possunt.

Tempus

- 2 Tempus quando est de substantia testes illud no expri-
mentes presuntur esse singulares.
Sed in alijs actibus ubi de tempore non agitur se-
cus est. 3.
- 4 Testes qui tractant de se exonerando non probant.
Quod procedit in dubio stante presumptione exo-
nerationis adversus eos nec alia pro eis, alijs secus,
ut si alius testis concurrat cum eis integer. 5
- 6 Presumptio una tollit aliam.
- 7 Depositarius ad restitutionem tenetur, & eius
heres. 8.
- 9 Clausula ius fieri & iustitiam ministrari, in libello
posita operatur, ut super narratis possit indicari,
licet in eis non sit conclusum.
Et intentatum dicitur, quod est actori favorabi-
lius. 10.
Vixq. sinit illa clausula periclitari libellum. 11.
Nam dicitur actor petere reum condemnari iuxta
narrata per eum. 12.
- 13 Clausula omni meliori modo, in libello posita opera-
tur, quod actor voluerit se restringere ad specificata
per eum.
Et per eam sustinetur actus eo modo quo potest. 14.
- 15 Clausula sola facti veritate inspecta, qua iudex pro-
cedit, operatur, ut condemnare possit super una cau-
sa deducta, & alia diversa probata. 16.
- 17 Iuramentum deservit in causa magna, quando plus
quam semiplene probatum est, & illud deservit po-
test etiam parte non petente vigore clausule ius
& iustitiam ministrari. 18.
Testis de facto proprio magis fidem facit quam de
alieno.
Modo no tractet de aliquo interesse, nec aliqua qua-
litas in eo concurrat, que minuat eius fidem. 20.
- 21 Testis unus alium super & multo magis duo.
Et eorum dicta sunt adinuanda non autem calum-
nianda. 22.
- 23 Confines probant identitatem rei.
- 24 Praecium succedit loco rei in universaliibus, & etiã
in particularibus in subsidium. 25.
- 26 Testes dicentes talem possedisse domum pro sua, &
tanquam suam, non probant dominium nec aliquẽ
titulum in ea.
Sed saltem probant, quod non alieno nomine posside-
bat eam. 27.
- 28 Locupletari nemo debet cum aliena iactura.
- 29 Testes singulares reddunt tempore & loco, unde no
probant, cum in eodem actu non sint contestes. 30.
Nec ex eis iuramentum deservit in supplementum
semiplena probationis. 31.
- 32 Testium singularitas ubi adest, ibi est varietas &
unitas.
Eaq. dividit & lacerat testimonia. 33.
- 34 Tempus ubi est de substantia, sicut & locus, diver-
sas eorum inscit testimonia.
- 35 Testis interrogatus de causa scientia eam non red-
dens non probat.
Eamq. reddere debet etiam non interrogatus, quan-
do deponit de his, que sunt tantum perceptibilia
intellectu. 36.
Vi de dominio. 37.

- 38 Testis unus ut semiplenam faciat probationem de-
bet esse omni exceptione maior, & quis dicatur
omni exceptione maior, idq. debet articulari &
probari. 40.
- 39 Testis cuius fides vacillat propter aliquam quali-
tatem non facit semiplenam probationem.
- 41 Testis domesticus repellitur.
- 42 Inimicitia capitalis contrahitur ex verbis iniurio-
sis & altercatorijs ac minatorijs.
- 43 Quod est notandũ, quia quilibet diceret contrariũ.
44 Testis non confessus peccata sua non probat.
- 45 Testes inhabiles admittuntur, quãdo veritas aliter
haberi nõ potest, quod procedit ubi actu & habitu
alijs testes verisimiliter haberi non potuerunt. 46.
alijs secus.
Nec ubi testes patiuntur plures defectus. 47.

CONSILIVM CCXI.

Auxilium meum à Domino.

NARRAT honesta domina Leo-
nora vxor quondã domini Caro-
li de Vlantia contra dominum
Hippolytum eius fratrem, & here-
dem ab intestato tpe cõtracti ma-
trimonii inter eam & dominũ Carolum, por-
tasse in eius domum plura bona mobilia, de
quibus in inuentario, ad quorum restitutionẽ
petit condemnari Do. Hippolytum heredem
fratris.

Breuius dicitur omnis argumentis ad par-
tes, eum teneri iuxta petita: quoniam ex testi-
bus suis fundata est eius intentio, nam primus
presens fuit quando Do. Carolus portari fecit
ca bona à domo ipsius domine Leonore posita
in contrata Roia, & etiam quoniam fuerunt in
eius domo reposita presente dicto domino
Carolo & bobulcis, qui ea duxerunt, videlicet
Petro Maria Zaggo & Antonio Panza, quos no-
minat, & qui de dicta conductione bonorum
de prima domo ad secundam satis abundẽ de-
ponunt, & licet non nominent in conte-
stem dictum primum testem, qui eos nominat,
presumi tamen det eos esse contestes, cum con-
grua interpretatione id fieri possit, quia prater
eos, quos expriment, dicunt, & alijs etiam pre-
sentibus, quæ verba verificari possunt in perso-
na primi testis, & ita tradit Alex. in consil. 46.
abundẽ, col. secunda, vers. decimò non omitto.
vol. secundo, Crau. consil. 78. nu. 9. Domi. meus
2 Riminaldus consil. 310. nu. 8. & quibus accedit
Ruinus consil. 35. nu. 16. vol. 4. ubi dicit, qd licet
quando tempus est de substantia, testes in dubio
presumantur esse singulares, ut colligitur ex
not. per Bar. in l. Celsus. in ff. de vfuc. Bal. in
l. fi. oppo. 15. C. de edicto diui Adri. Butri. in c.
licet causam, de proba. & tamen in alijs actibus
secus est, per not. per Bal. & alios in l. secunda
C. de

- C. de bon. poss. secundum tab. maximè Iaso-
nem, quem sequitur Borsius in tract. de test.
nu. 39. in tit. de oppo. contra bubulci tractat
de se exonerado, meritò nõ probat, iux. doct.
4 Bart. in l. de ferre. ff. de iu. fi. quã sequitur Abb.
in c. in super, nu. 8. de test. Alex. in cõsili. 186. nu.
13. vol. secũdo, Cuma. consil. 68. in prin. Dec.
consil. 44. consil. 133. & ad. 256. Guid. Pap. cõs.
74. & Marf. consil. secundo nu. 45. & quia dici po-
test, illam decisionem procedere in dubio, ut
quando cõtra testes adest illa presumpcio exo-
nerationis, nec alia subest pro eis, alijs secus
ut hic, ubi eorum dictum iustificatur ex primo
teste & inuentario in fi. ubi sunt descripti: & vna
enim presumpcio tollit aliam. l. diuus. ff. de in
integ. rest. Bar. in l. 1. S. ad. questio. ff. de quest.
Do. meus Rim. consil. 93. nu. 33. Craue. consilio
145. nu. 11. Rol. à Val. consil. 50. nume. 50. vol.
3. Anguffol. consilio 51. nu. 12. libro 3. Cor.
consil. 295. nu. 18. vol. 1. Neuiza. consil. 81. nu.
24. Franci. Marci quest. 423. nu. 21. quibus proba-
tionibus sic stantibus sequitur, quod bona
portata fuerint in domum domini Caroli ad
eius instantiam, & vltra fuerint ei consignata,
eaque receperit, ut testes dicunt & sicuti si uiue-
ret ex deposito teneretur ad eorum restitutio-
nem, l. prima, in prin. ff. de pos. S. pen. inst. quib.
7 mod. re. contr. obli. & sic & aduersarius hæres
eius teneri det. l. si hominẽ. S. datur. l. depositi.
ff. eo. & quando huiusmodi bona ad ipsum Ca-
rolũ peruenissent, ex æquitate tamen actio da-
ri deberet huic Domina & repetendum. l. si
me & Titium. ff. si cer. pet. quoniam iure natu-
rali æquum est, neminẽ cum alterius detrimẽ-
to fieri locupletioem. l. iure naturæ. ff. de reg.
iur. sicque Dec. tradit in dicta lege si me & Ti-
tium, in prin. & Et licet in supplicatione non
ita clarẽ fecerit hæc Domina conclusionem
circa prædictas actiones, tamen cum produxe-
rit eam loco libelli, petiturque super omnibus
& singulis in ea contentis sibi ius fieri, & iusti-
tiã ministrari, nihil impedit, quominus secũdũ
narrata in supplicatione, & probata que tendit
ad depositum vel equitate prædictam, possit
ferri sententia, iux. decisionem Innoc. & Cald.
in c. cum dilectus, de ord. cog. ubi dicit, qd quã-
do quis in libello narrauit respicientia petito-
rium & possessorium, & concludit in possesso-
rio, si subiiciat clausulam, petens de prædictis
omnibus & singulis iustitiam fieri, possit super
petitorio probato sententiã ferri, sequitur Abb.
dicens esse valde notabilem decisionem, sicut
& in c. pastoralis. col. 1. de cau. poss. & pro. Iaf.
in l. naturaliter. S. nihil commune. col. fi. ff. de
acqu. poss. consil. 54. nu. 8. vol. 4. Neuizan. abun-
10 dẽ consil. 79. nu. 5. & ubi dicit, illud intentatum
fuisse quod est actori fauorabilis, & eo modo
libellus est interpretandus, quo melius eius in-
11 tẽtio iuari potest, & ideo dicta clausula vix si
nit periclitari libellũ, & idẽ Neuiza. ponit cõs.

- 97. nu. 5. & cum prædictis etiam cõcordat Nat-
ta consil. 532. nume. 52. & nam per eam dicitur
actor petere reum iuxta narrata condemnari se-
cũdum Imol. in l. cũ nulla. ff. de re iud. D. meũ
Rim. consil. 285. nu. 8. tantoque magis, quia sub
13 iunxit & aliã clausulam. & omni meliori mo-
do, valde salutarem, cum eius virtus ea sit, ut se
noluerit ad specificata restringere, secundum
Bal. in l. vinum. col. 5. ff. si cer. pet. & consil. 489.
in cã vertente inter capitulum, vol. 3. Alex. cõs.
113. vol. 3. Soc. consil. 142. col. antep. vol. primo
Rui. consil. 9. nu. 14. vol. 5. Crau. consil. fi. nu. 15.
14 & per eam sustinetur actus eo modo quo po-
test, ut not. Bal. in l. cum pater. S. filius. ff. de leg.
2. Car. in c. cum ex officii. de prescri. Dec. consil.
14. col. 2. & consil. 77. col. 2. Celsus Vgo cõs. 120.
nu. 54. Anchar. Iunior quest. 57. nume. 8. libro
secundo.
- 15 & prædicta quoque confirmantur, quod hic
agitur coram magnifico Conf. Iudice delegato
& de causa viduæ, quibus casibus procedit sola
facti veritate inspecta, & vt de primo adfunt li-
tera Ducales apud magnificum Conf. de se-
cundo reformatio. 21. iuncto statuto, quib. cas.
16 summa. proce. & quo casu reus potest cõdemnari,
licet vna causa deducta sit, & alia penitus diuer-
sa probata, ut voluit Butri. consil. uiso puncto.
quem refert & sequitur Alex. in l. si ita stipula-
tus. S. Grisogonus ff. de verb. obl. Iaf. in l. certi
condictio. S. si numos. ff. si cer. pet. Marf. singul.
272. Paris. consil. 131. nu. 14. vol. primo, Crau.
consil. 73. nu. 23. Do. meus Rim. consil. 571. nu.
15. Ruin. consil. 5. nu. 12. & consil. 12. nu. 11. uol.
4. & licet ex prædictis satis appareat intentio
17 huius Domine plenẽ probata, tamen & ex abun-
danti dici potest, negari non posse, illi plusquam
semiplenẽ probatam esse, quo casu sibi venit
deferendum iuramentum, etiam qd causa sit
magna, ut eleganter dicit dominus Procuro-
rator citans Alex. consil. 121. vifo processu, col.
3. uol. 2. quam conclusionem firmat etiã Calt.
Alex. & Iaf. in l. 3. ff. de iureiur. Rom. Sal. Alex.
& Iaf. in l. admonendi. ff. eo. ubi Iaf. in rep. nu.
281. latẽ insilit, idẽque firmat Goza. consil. 11.
col. 4. Crau. consil. 73. nu. 24. & consil. 198. nu.
10. Do. meus Riminaldus consil. 137. num. 10.
18 & consilio 261. numero 22. & quia pro parte
huius Domine (vt dixi) petitum fuit ius & iusti-
tiam ministrari, poterit Do. Iudex, si opus ei vi-
debitur (quod non puto) etiam parte nõ petẽte
deferre hoc iuramentum, vt not. Abbas in c.
fin. in fi. de iureiur. sequitur Alex. consil. 91. vol.
5. Dec. cõs. 252. nu. 3. Gratus respon. 42. nu. 8.
19 vol. 2. & qd autem hic plusquam semiplena pro-
batio concurrat, patet: quia primus testis est in
facto proprio, nam fuit ille qui manu propria
scripsit inuentarium de voluntate & cõmissio-
ne. D. Caroli & ad eius dictamen, & qui nomi-
na bubulcorum, qui bona conduxerunt in do-
mum suam, in fine inuentarii descripsit, prout
ita reperitur in eo, & ipse testis deponit, quo
stante